

« deo quam crepius tot anserum. » Dixit et fecit: imò ursit, exegitque ab eis promissum, ut scilicet tormenta que minabantur inferrent. Mirantibus dixit: *Ego glorior causâ, et triumpho parâ tali. Omnia vossuas in eo qui nos non confortat.*

CRAS. Tempore futuro.

QUANDO PLACITI TEMPUS ADVENERIT. Quando juxta tuum placitum et conductum in fine anni fetus dividendi erunt, ut mihi cedant diversicolores, tibi unicolores.

FURTI ME ARGUENT, si videlicet unicolores fetus, aliosque quam diversicolores apud me, in grege mihi proprio, contra pactum tecum initum, repereris, q. d.: Fideliter tibi unicolores tradam, diversicolores mihi servabo, nihil ex unicoloribus occulte suffurabor vel abscondam.

VERS. 35. — ET SEPARAVIT. Putant aliqui ex verbis proxime sequentibus, hoc aliud et secundum esse pactum Labani cum Jacob; cum enim vidisset primum pactum feliciter cessisse Jacobo, factisque omnes natos esse diversicolores, hâc de causâ putant eum jam mutasse pactum, voluisse contrarium; ut scilicet sibi cederent diversicolores, Jacobo verò unicolores. Verum hoc non est verisimile; ipse enim contextus historie significat hie tantum enarrari executionem pacti primi.

GENCIUM AUTEM GREGEM UNICOLOREM TRADIDIT IN MANU FILIORUM SUORUM. Abulens., Lyrân., Lipom. et Cajet. putant hic nostrum textum esse mendosum, emendandumque esse additâ negatione, non; quasi Laban non unicolores, id est, diversicolores, tradidit filiiis suis pascentes, unicolores verò Jacobo, ut ex his pariter unicolores, qui non Jacobo, sed sibi cedere debebant, nascerentur; hoc enim significare videtur Hebræa. Verum illa implexa sunt, et contrariè veri possunt, adeoque ea cum nostro rectè sic vertas: *Omne in quo fuit albedo, et omne nigrum in agnis* (id est, omnes agnos unicolores) tradidit in manus filiorum suorum. Secundò, Pererius nostrum interpretem excusat, dicens esse hie histerologiam, q. d.: Tradidit Laban suis filiiis unicolores, non jam, sed post partum ovium, qui narratur in fine capitis. Sed et hoc videtur esse durum et distortum.

Dico ergo, Laban tradidisse oves unicolores pasendas filiiis suis, quibus scilicet aderat et præerat Jacob. Jacobo enim v. præced. totum gregem suum crediderat, cui addidit et filios suos de more pastores et custodes, ne Jacob dolo contra pactum oves unicolores clandestinè subduceret; sic cap. sequenti v. 43, idem Laban familiam Jacob suam vocat. Laban ergo Jacobo cum reliquis suis filiiis tradidit oves et capras unicolores, sperans inde sibi nascituras pariter unicolores; oves verò diversicolores separavit, sibi que cum famulis pasendas reservavit, ne Jacob eas pascentes, inde sibi omnes fetus diversicolores, ut videbatur, nascituros ex pacto deposceret.

NIGRI VELLERS. Hebræum *cham* hie significat nigrum; opponitur enim *laban*, id est, albo. Sed v. 32,

*cham* significat fuscum, sive subnigrum, quia jungitur cum maculoso et variegato.

VERS. 36. — SPATIUM ITINERIS TRIUM DIERUM, NE OVES SUÆ DIVERSI COLORIS MISCERI POSSENT VUL ASPECTU, VEL COITU cum unicoloribus, quas pascebat Jacob, itaque gignerentur fetus diversicolores, qui non sibi, sed Jacobo cedere debebant. Ita Lipomanus.

VERS. 37. — TOLLENS ERGO JACOB VIRGAS POPELEAS VIRIDES. Nota industriam et stropham Jacob, qui ipse ab angelis in somnis edoctus, ut colligitur c. sequenti v. 11, Labani violentiæ et prudentiæ humanæ opposuit.

Dices: Jacob hâc arte, quasi fraude, contractum cum Labano initum vitavi; itaque dolose et injustè rem alienam Labani acquisivit. Contractus enim, ut unicolores nascituri cedent Labano, diversicolores Jacobo, ex communi mente contrahentium, intelligebatur de his que talia naturaliter et casu, non autem per artem et fraudem nascerentur. Respondeo: Verum est contractum hunc communitè ita intelligi solere et debere, itaque à Jacobo et Labano intellectum esse, Jacob ergo alio titulo hâc strophâ usus est, nimirum primò, titulo compensationis; ipse enim à Labano, homine avaro et iniquo, violenter opprimebatur, et justam laborum suorum mercedem aliter extorquere nequibat, nisi hâc arte. Inprimis enim Laban gravem injuriam fecerat Jacobo, pro Rachele et promissâ surrogando Liam deformem, et invisam Jacobo, atque cogendo Jacobum ut septem alios annos sibi præ ea serviret. Deinde injustè post pactum cum Jacobo pro gregibus initum, separavit, v. 35, oves unicolores à diversicoloribus, solas unicolores tradens Jacobo, ex quibus naturaliter fetus unicolores omnes sibi, et nulli diversicolores Jacobo nascerentur. Jacob ergo cum non haberet iudicem ad quem recurreret, ipse sibi ex necessitate jus dixit, suumque hâc arte repetit, ut mercedem sibi debitam hâc arte consequeretur. Secundò, fecit hoc Jacob Dei, per angelum, monitum, ut dixi; ergo Deus dedit illi has pecudes Labani hâc arte nascituras: sicuti Deus jubens Hebræis spoliare Ægyptum, hoc ipso dedit eis bona Ægyptiorum, Exodi 12.

Quæres, an hæc ars et strophâ naturalis fuerit, an verò effectum suum habuerit ex supernaturali Dei cooperatione? — Respondeo, naturalem fuisse. In coitu enim phantasie vis solet esse maxima; quia tunc anima omnem suam vim exerit, adeò ut aliquæ matres albae ex imagine et imaginatione æthiops æthiopiæ generent. Audi Plinium l. 7, c. 12: c. Similitudinum, inquit, in mente reputatio est, in qua creduntur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustæque imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animi subito transvolans, effingere similitudinem, aut miscere existens; matur; ideòque plures in homine, quam in cæteris animalibus differentie. Quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, et ingenii varietas multiformes notas imprimit; cum cæteris animalibus immobiles sint animi, et similes omnibus, singulisque in suo cuique genere. Galenus in libro quem

scripsit de Theriacâ ad Pisonem, narrat mulierem quandam intuitu picturæ pulcherrimæ, pulchrum infantem ex deformi marito concepsisse: *Visum, inquit, opinor naturæ imaginem transmittente. S. Hieronymus hie in Tradit. Hebr.: Quintilianus, inquit, in eâ controversiâ, in qua accusabatur matrona, quod æthiopem peperisset, pro defensione illius argumentatur, hanc conceptus esse naturam quam diximus. Et scriptum reperitur in libris Hippocratis fuisse feminam quandam suspicionem adulteriâ putandam, quod pulcherrimum infantem peperisset, utriusque parenti generique dissimilem; nisi memoratus medicus solisset questionem, admonens ut quærerent, si fortè talis pictura fuisset in ejus mulieris cubiculo; quâ inventâ, mulier à supplicio et suspicionem liberata est.*

Idem refert S. August. hie, q. 95, qui est lib. 18 de Civit. cap. 6, scribit simile fecisse demomonem in Api bove, quem Ægyptii adorabant, efformando; debebat enim is priori mortuo esse similis, albisque maculis insigniri. Isidorus quoque l. 12 Etymol. c. 1, sub finem: *Hoc ipsum, ait, in equarum grege fieri dicitur, ut generosos obijciant equos visibus concipientium, quò similes eorum concipere et creare possint. Nam et columbarum dilectores ponunt pulcherrimas columnas hisdem locis, quibus illæ versantur, quò videlicet et rapiente visu, similes generent. Inde est quòd quidem gravidas mulieres venant intueri turpissimos animalium vultus, ut cynecephalos et simias, ne visibus occurrentes, similes fetus parere faciant. Etenim anima in usu venero formas intrinsecas intus transmittit, earumque satiata typis, rapit species earum in propriam qualitatem.*

Dum ergo liberentur hæc oves Jacobi, simulque mares in femellas salirent, species directæ virgarum decortatarum et diversicolorum in aquis jaecentium, reflexæ speciei, sive umbræ marium inœunium in aquis mixta, unam quasi speciem variegatam femellis ingerebat, quasi cernerent suos mares pulchrè viridibus maculis et albis variegatos; unde vi phantasie eosdem colores suo foetu, quem tunc concipiebant, imprimebant. Idem faciebant mares, nimirum similem vim et formam diversicolorem suo semini imprimebant; ex simili virgarum cum umbrâ femellarum permixtâ specie, visione, et imaginatione. Ita S. Hier., Aug. q. 95, Abulensis, et optimè Francisc. Valesius sacra Philosophiæ c. 11.

Posset secundò quis suspicari virgiss populii, amygdali, et platani, si in aquis ponantur, vim aliquam inesse ad nigrorem, et nigras maculas gignendum, talem enim vim multis aquis tribuunt: Aristot. l. 3 Histor. animal. c. 12; Ovidius l. ult. Metam.; Solinus et alii.

Denique sanctitas et preces Jacobi plurimum hanc rem adjuverunt; angeli enim faventes Jacobo, phantasiam ovium vehementissimè applicabant et incitabant

#### CAPUT XXXI.

1. Postquam autem audivit verba filiorum Laban dicientium: Tuli Jacob omnia que fuerunt patris nostri, et de illius facultate ditatus, factus est inclutus:

s. s. v.

ad hanc diversicolorem virgarum imaginationem, ut colligitur c. seq. v. 12. Deus etiam volens benedicere et ditare Jacobum, per hanc imaginationem, peculiari suo concursu, diversos colores validè et multipliciter fortibus in ipso eorum conceptu imprimebat. Unde S. Cyrillus, Chrysost. et Theodoret. putant hæc non tam naturaliter quam Dei dono et providentiâ obvenisse Jacobo, idque fatetur ipse Jacob cap. seq. vers. 7, 8, 9.

Dices, cur ex virgiss viridibus nulli fetus facti et nati sunt virides? — Respondeo, quia in nullo quadrupede est ea humorum proportio et temperies que ad viriditatem esse necessaria; ideo ergo viridis coloris pingebatur in factibus subnigris, sive furvis, ait Tostatus, ad quod non parum juvabat umbra et nigredo aquarum, que viriditate inumbrabat et fuscabat, ut non virides, sed fuscæ et subnigræ esse viderentur.

Tropol. hæc virge variegata esse S. Script. et sanctorum variorum varia exempla, que dum intuemur, his similes virtutum et heroicorum operum proles edimus et efficimus. Ita S. Ambros. l. 2 de Jacob. c. 4 et 6; Gregor. l. 21 Moral. c. 4.

EX PARTE. Pars enim virgæ, suo cortice vestita, viridis, pars verò decorticata et nudata alba apparuit.

VERS. 39. — UT IN IPISO CALORE, quia calore maxime excitatur, viget et operatur imaginatio. Hiuc physici docent quòd cerebrum requirit primò, siccitatem, ob ingenium; anima enim sicca est sapientissima. Secundò humiditatem, ob memoriam; humor enim facile recipit speciem impressam: unde juvenes, quia humido sunt cerebro, facile quidlibet educunt, mandantque memorie. Tertio, calorem ob imaginationem: unde experimur in studio, capite et corpore calente, conceptus phantasie vigere et fluere; capite verò frigente, eosdem retundit, torpere et hebetari. E contrario prudentia, sincerumque judicium consistit in frigore, ut docet Arist. sect. 14, probi. 8, eaque de causâ senes valent prudentiâ et judicio.

VERS. 41. — PRIMO TEMPORE. Sicut in Lombardia, ita et in Mesopotamiâ ac Syriâ, oves his quotannis pariunt; aut certè quadam in vtre, quadam in autumno concipiunt. Primum ergo tempus est verum, serotinum est autumnale. Jacob ergo in vtre, cum et aura et animalia viget, ponebat virgas diversicolores, ut diversicolores fetus sibi nascerentur, lisque, quia verni, erant meliores, uberesque, et robustiores; in autumno verò non ponebat, unde tunc unicolores, iique debiliores, nascebantur Labano, partem enim hanc illi concessit Jacob, tum ne Laban suspiceretur fraudem, et artem deprehenderet, tum ex æquitate et humanitate suâ. Valesius ambas has admittitur, tam primas quam serotinas, in eundem diem conjicit. Verum longè meliùs et verius S. Hieron. aliique Latini, aqûe ac Hebræi, eas in ver et autumnum dividunt et distribuunt.

#### CHAPITRE XXXI.

1. Après cela, Jacob entendit les enfans de Laban qui s'entre-disaient: Jacob a enlevé tout ce qui était à notre père, et il est devenu puissant en s'enrichissant de son bien.

19



2. Animadvertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se sicut heri et nudus tertius :

5. Maximè dicente sibi Domino : Revertere in terram patrum tuorum et ad generationem tuam, eroque tecum.

4. Misit et vocavit Rachel et Liam in agrum ubi pascebat greges,

5. Dixitque eis : Video faciem patris vestri quod non sit erga me sicut heri et nudistertius ; Deus autem patris mei fuit tecum.

6. Et ipse nôtis quod totis viribus meis servierim patri vestro.

7. Sed et pater vester circumvenit me, et mutavit mercedem meam decem vicibus; et tamen non dimisit eum Deus ut noceret mihi.

8. Si quando dixit : Variæ erunt mercedes tuæ; pariebant omnes ovæ varios fetus : quando verò è contrario ait : Alba quæque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt.

9. Tulitque Deus substantiam patris vestri et dedit mihi.

10. Postquam enim conceptis ovium tempus advennerat, levavi oculos meos, et vidi in somnis ascendentem mares super feminas, varios et maculosos, et diversorum colorum.

11. Dixitque angelus Dei ad me in somnis : Jacob ? Et ego respondi : Adsum.

12. Qui ait : Leva oculos tuos et vide universos maculos ascendentes super feminas, varios, maculosos atque respendentes. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

13. Ego sum Deus Bethel ubi unxisti lapidem et votum vovisti mihi. Nunc ergo surge et egredere de terra hæc, revertens in terram nativitatis tuæ.

14. Responderuntque Rachel et Lia : Numquid habemus residui quidquam in facultatibus et hæreditate domus patris nostri ?

15. Nonne quasi alienas reputavit nos et vendidit, comeditque pretium nostrum ?

16. Sed Deus tulit opes patris nostri, et eas tradidit nobis ac filiis nostris : unde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.

17. Surrexit itaque Jacob; et impositis liberis ac conjugibus suis super camelos, abiit.

18. Tulitque omnem substantiam suam, et greges, et quidquid in Mesopotamiâ acquisierat pergens ad patrem suum in terrâ Chanaan.

19. Eo tempore ierat Laban ad tendendas oves, et Rachel furata est idola patris sui.

20. Noluitque Jacob confiteri socero suo quod fugeret.

21. Cùmque abisset tam ipse quam omnia quæ juris sui erant, et amne transiisso pergeret contra montem Galaad,

22. Nuntiump est Laban die tertio quod fugeret Jacob.

23. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum

2. Il remarqua aussi que depuis quelque temps, Laban ne le regardait pas du même oeil dont il le regardait auparavant.

5. Et de plus, le Seigneur même lui dit : Retournez au pays de vos pères et vers votre famille, et j'irai avec vous.

4. Il envoya donc quérir Rachel et Lia, et les fit venir dans le champ où il faisait paître ses troupeaux.

5. Et il leur dit : Je vois que votre père ne me regarde pas du même oeil dont il me regardait auparavant; cependant le Dieu de mon père a été avec moi.

6. Et vous savez vous-mêmes que j'ai servi votre père de toutes mes forces.

7. Il a même usé envers moi de tromperie, en changeant dix fois ce que je devais avoir pour récompense, quoique Dieu ne lui ait pas permis de me faire tort par tous ces changements, ayant toujours multiplié ce qui devait m'appartenir.

8. En effet, lorsqu'il a dit que les agneaux de diverses couleurs seraient pour moi, toutes les brebis ont eu des agneaux de diverses couleurs. Et lorsqu'il a dit, au contraire, que tout ce qui serait blanc serait pour moi, tout ce qui est né des troupeaux a été blanc.

9. Ainsi, Dieu a été le bien de votre père pour me le donner.

10. Car le temps où les brebis devaient concevoir étant venu, j'ai levé les yeux au ciel, et j'ai vu en songe que les mâles qui couvraient les femelles étaient marqués et tachetés de diverses couleurs.

11. Et l'ange de Dieu m'a dit en songe : Jacob ? Me voici, lui ai-je dit.

12. Et il a ajouté : Levez vos yeux et voyez ceux des mâles qui couvrent les femelles sont marqués, tachetés, et de couleurs différentes : car j'ai vu tout ce que Laban vous a fait, et j'ai voulu vous dédommager de ses injustices.

13. Je suis le Dieu qui vous a apparû près de la ville de Bethel où vous avez oint la pierre, et où vous m'avez fait un vœu. Sortez donc promptement de cette terre et retournez au pays de votre naissance.

14. Rachel et Lia lui répondirent : Nous reste-t-il quelque chose du bien et de la part que nous devons avoir dans la maison de notre père ? Il ne nous a rien donné du tout.

15. Ne nous a-t-il pas au contraire traitées comme des étrangères? ne nous a-t-il pas vendues pour vos services? et n'a-t-il pas mangé ce qui nous était dû pour notre travail?

16. Mais Dieu nous a rendu justice : car il a pris les richesses de notre père et nous les a données et à nos enfants. C'est pourquoi faites tout ce que Dieu vous a commandé.

17. Jacob fit donc monter aussitôt ses femmes et ses enfants sur des chameaux ;

18. Et emmenant avec lui tout ce qu'il avait, ses femmes, ses enfants, ses troupeaux, et généralement tout ce qu'il avait acquis en Mésopotamie, il se mit en chemin pour s'en aller trouver son père au pays de Chanaan.

19. Or, Laban étant allé en ce temps-là faire tondre ses brebis, Rachel déroba les idoles de son père et les emporta.

20. Et Jacob ayant résolu de se retirer si promptement, ne voulut point découvrir son dessein à son beau-père, de peur qu'il ne s'y opposât.

21. Lors donc qu'il s'en fut allé avec tout ce qui était à lui, comme il avait déjà passé le fleuve d'Eufrate et qu'il marchait vers la montagne de Galaad,

22. Laban fut averti le troisième jour que Jacob s'enfuyait.

23. Et aussitôt ayant pris avec lui ses frères et tout ses gens, il le poursuivit durant sept jours et le joignit

diebus septem, et comprehendit eum in monte Galaad.

21. Viditque in somnis dicentem sibi Deum : Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.

25. Jamque Jacob extenderat in monte tabernaculum; cùmque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium.

26. Et dixit ad Jacob : Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio ?

27. Cur, ignorante me, fugere voluisti, nec indicare mihi ut prosequeretur te cum gaudio, et canticis et tympanis et cytharis ?

28. Non es passus ut oscularer filios meos et filias; stultè operatus es, et nunc quidem

29. Valet manus mea reddere tibi malum; sed Deus patris vestri heri dixit mihi : Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius.

30. Esto, ad tuos ire cupiebas, et desiderio erat tibi domus patris tui : cur furatus es deos meos ?

31. Respondit Jacob : Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas.

32. Quòd autem furti me arguis : apud quemcumque inveneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Scrutare quidquid tuorum apud me inveneris, et aufer. Hæc dicens ignorabat quòd Rachel futura esset idola.

33. Ingressus itaque Laban tabernaculum Jacob et Lie, et utriusque famule, non invenit. Cùmque intrasset tentorium Rachelis,

34. Illa festinas abscondit idola subter stramenta cameli, et sedit desperè : scrutantique omne tentorium, et nihil invenit,

35. Ait : Ne irascatur dominus meus quòd coram te assurgere nequeo; quia juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi. Sic defusa sollicitudo querentis est.

36. Tumensque Jacob, cum jurgio ait : Quam ob culpam meam, et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me,

37. Et scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid invenisti de cunctâ substantiâ domus tuæ? pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis, et judicent inter me et te.

38. Idcirco viginti annis fui tecum? oves tuæ et capræ steriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi,

39. Nec captum à bestia ostendi tibi : ego damnump omne reddelam; quidquid furto peribat, à me exigebas :

40. Die noctuque æstu urebar et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.

41. Sicque per viginti annos in domo tuâ servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, et sex pro gregibus tuis : immitasti quoque mercedem meam decem vicibus.

42. Nisi Deus patris mei Abraham, et timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses,

à la montagne de Galaad, bien résolu de se venger de sa suite.

24. Mais Dieu lui apparut en songe et lui dit : Prenez garde de rien dire d'offensant à Jacob.

25. Jacob avait déjà tendu sa tente sur la montagne de Galaad; et Laban l'y ayant joint avec ses frères, y tendit aussi la sienne.

26. Et il dit à Jacob : Pourquoi avez-vous agi de la sorte, en m'enlevant ainsi mes filles, sans m'en rien dire, comme si c'étaient des prisonniers de guerre?

27. Pourquoi avez-vous pris le dessein de vous enfuir, sans je le susses? et pourquoi ne m'avez-vous point averti que vous vouliez vous retirer, afin que j'allasse vous recourir avec des chants de joie, au bruit des tambours et au son des harpes?

28. Vous ne m'avez pas seulement permis de donner à mes filles et à mes petits-fils le dernier baiser. Vous n'avez pas agi sagement en cela. Et maintenant,

29. Je pourrais bien vous rendre le mal pour le mal; mais le Dieu de votre père me dit hier : Prenez bien garde de rien dire d'offensant à Jacob.

30. Vous avez peut-être envie de retourner vers vos proches; et vous souhaitez revoir la maison de votre père; je ne trouve pas cela mauvais; mais pourquoi m'avez-vous dérobé mes dieux?

31. Jacob lui répondit : Ce qui m'a fait partir sans vous en avoir averti, c'est que j'ai eu peur que vous ne voulussiez me ravir vos filles par violence.

32. Mais pour le larcin dont vous m'accusez, je consens que quiconque sera trouvé avoir pris; vous dieux, soit puni de mort en présence de nos frères; cherchez partout et emportez tout ce que vous trouverez à vous ici. En disant cela, il ne savait pas que Rachel avait dérobé les idoles.

33. Laban étant donc entré dans la tente de Jacob, de Lia et des deux serrantes, ne trouva point ce qu'il cherchait. Il entra ensuite dans la tente de Rachel;

34. Mais elle ayant caché promptement les idoles de son père sous la literie d'un chameau, s'assit dessus; et lorsqu'il cherchait partout dans la tente, sans y rien trouver.

35. Elle lui dit : Que mon seigneur ne se fâche pas, si je ne puis me lever maintenant devant lui, parce que le mal qui est ordinaire aux femmes vient de me prendre. Ainsi Rachel rendit inutile cette recherche qu'il faisait avec tant de soin.

36. Alors Jacob tout ému fit ce reproche à Laban : Quelle faute avais-je commise? en quoi vous avais-je offensé, pour vous obliger de courir après moi avec tant de chaleur,

37. Et de fouiller et de renverser tout ce qui est à moi? Qu'avez-vous trouvé ici de toutes les choses qui étaient dans votre maison? faites-le voir devant mes frères et devant les vôtres, et qu'ils soient juges entre vous et moi.

38. Est-ce donc pour cela que j'ai passé vingt années avec vous? Est-ce là la récompense que vous me donnez pour tous les services que je vous ai rendus pendant un si long temps, et avec tant de travail et de fidélité? En effet, vos brebis et vos chèvres n'ont point été stériles; je n'ai point mangé les moutons de votre troupeau;

39. Je ne vous ai rien montré de ce qui avait été pris par les bêtes; je prenais sur moi tout ce qui avait été perdu et vous en tenais compte; et vous exigez de moi tout ce qui avait été dérobé.

40. J'étais brûlé par la chaleur pendant le jour, et transi de froid pendant la nuit, et le sommeil fuyait de mes yeux.

41. Je vous ai servi ainsi dans votre maison vingt ans durant, quatorze pour vos filles, et six pour vos troupeaux; vous avez aussi changé dix fois ce que je devais avoir pour récompense.

42. Si le Dieu de mon père Abraham, et le Dieu que craint Isaac ne m'ont assisté, vous m'auriez peut-être



afflictionem meam et laborem manuum mearum respexit Deus et arguit te heri.

45. Respondit ei Laban: Filiae meae et filii, et greges tui, et omnia quae cernis, mea sunt: quid possum facere filiis et nepotibus meis?

44. Veni ergo et ineamus foedus, ut sit in testimonium inter me et te.

45. Tulit itaque Jacob lapidem et erexit illum in titulum;

46. Dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum:

47. Quem vocavit Laban, Tumulum testis; et Jacob, Aecorum testimonium, uterque juxta proprietatem linguae suae.

48. Dixitque Laban: Tumulus iste erit testis inter me et te hodie; et idcirco appellatum est nomen ejus Galaad, id est, Tumulus testis.

49. Intaeuatur et judicet Dominus inter nos, quando recesserimus a nobis,

50. Si alliteris filias meas, et si introduxeris alias uxores super eas: nullus sermonis nostri testis est abque Deo, qui praesens respicit.

51. Dixitque rursus ad Jacob: En tumulus hic, et lapis quem erexi inter me et te,

52. Testis erit tumulus, inquam, iste et lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu praterieris, malum mihi cogitans.

53. Deus Abraham et Deus Nachor judicet inter nos, Deus patris eorum. Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac:

54. Immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos ut ederent panem. Qui cum comedisset, manserunt ibi.

55. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios et filias suas, et benedixit illis: reversusque est in locum suum.

#### COMMENTARIUM.

VERS. 1. — TULIT. Hebraicè *facach*, id est, accepit, furatus est. Est calumnia; per invidiam enim Jacob furti arguit, furtumque vocat justum mercedem, opesque ipsi a Deo datas.

VERS. 2. — EROQUE TECUM. *Quid illi deesse queat*, inquit S. Ambrosius, *cui adest rerum omnium plenitudo*, imò oceanus, puta Deus?

VERS. 7. — MUTAVIT MERCEDEM MEAM DECEM VICIBUS. *Decem*, id est, multis, ut ponatur numerus certus pro incerto; denarius enim significat multitudinem et perfectionem. Ita Origenes, Euseb., Diodor. et Procopius. Sic saepe divites agunt cum pauperibus, ut neque pacta, neque promissa servant, nisi quantum in rem ipsorum sit. Hinc Terentius: *Novi*, inquit, *ego vestra illa verba: Volo nolo, nolo volo, quod modo ratum erat, irritum sit*. Secundo, proprie et precise, mutavit Laban pactum et mercedem Jacobi decem vicibus. Idem enim improperat Jacob Labano v. 41; nam, ut patet v. 41, Jacob 20 annis servivit Labano, puta 14 annis pro uxore utraque et 6 annis pro gregibus et

renvoyé tout nu de chez vous; mais Dieu a regardé mon affliction et le travail de mes mains, et il vous a arrêté cette nuit par ses menaces.

45. Laban lui répondit: Il n'était pas nécessaire que Dieu m'arrêtât; mes filles et mes petits-fils, vos troupeaux et tout ce que vous avez avec vous, est à moi; quel mal puis-je donc faire à mes filles et à mes petits-fils? aucun sans doute, au contraire, je voudrais les combler de biens.

44. Venez donc et faisons une alliance qui serve de témoignage de la bonne intelligence qui sera entre vous et moi.

45. Alors Jacob prit une pierre, et en ayant dressé un monument,

46. Il dit à ses frères: Apportez des pierres. Et en ayant ramassé plusieurs ensemble, il en firent un lieu élevé, et mangèrent dessus.

47. Laban le nomma d'un nom chaldéen, qui signifie le mouneau du témoin; et Jacob d'un nom hébreu, qui signifie le mouneau du témoignage: chacun selon la propriété de sa langue.

48. Et Laban dit: Ce lieu élevé sera témoin aujourd'hui de l'union qui est et qui sera entre vous et moi. C'est pour cette raison qu'on a appelé ce lieu Galaad, c'est-à-dire, le mouneau du témoin.

49. Et Laban ajouta: Que le Seigneur nous regarde et nous juge, lorsque nous serons séparés l'un de l'autre.

50. Si vous maltraitez mes filles, et si vous prenez encore d'autres femmes qu'elles, Dieu lui-même vous punira; car nul n'est témoin de nos paroles que Dieu, qui est présent et qui nous regarde.

51. Il dit encore à Jacob: Ce lieu élevé et cette pierre que j'ai dressée entre vous et moi,

52. Nous serviront de témoin; ce lieu élevé, dis-je, et cette pierre porteront témoignage si je passe au-delà pour aller à vous, afin de vous nuire; ou si vous passez vous-même dans le dessein de me faire quelque mal.

53. Que le Dieu d'Abraham, le Dieu de Nachor et le Dieu de leur père soit notre juge. Jacob jura donc cette alliance, par le Dieu que craignit Isaac.

54. Et après avoir immolé des victimes sur la montagne, il invita ses parents pour manger ensemble; et ayant mangé, ils demeurèrent là pour y coucher.

55. Mais Laban se levant avant qu'il fit jour, embrassa ses fils et ses filles, les bénit, et s'en retourna chez lui.

ovibus; his autem in anno pariebant oves, et qualibet vice ex pacto, per singularem Dei providentiam, dabantur Jacob. Hoc videns Laban, qualibet vice rescindebat et mutabat pactum; quinque ergo annis decies mutavit pactum: unde anno sexto hujus mutationis pertasus Jacob aufergit. Septuag. pro decem vicibus, vertunt *δέκα ἀγῶνας*, decem agnis, id est, decem temporibus quibus agnae nascebantur, inquit nonnulli. Sic enim ait Virgilius: *Post aliquot, mea regna videns, mirabor aristas*, per aristas messes, per messes annos significans. Ita S. August. q. 95.

Verum verius est corruptos esse hic Septuag. et pro *δέκα ἀγῶνας*, restituendum esse *δέκα πῶδες*, id est, decem mas vel minas; videntur enim Septuag. Hebraeorum *monim* voluisse retinere, et explicare per mas. Ita Eugubinus, q. d.: *Decem*, id est, multis, *minis* auri, multo pretio fraudavit me pater vester, immutavit et invertendo mercedem meam.

Tropol. Laban est mundus; hic Jacob, id est, fide-

les, affligit, quos ante spe sui commodi, adamaverat et proreperat: quia ea spe se postea frustrari videt.

VERS. 8. — OMNES, pleræque. Nam pars serotina, scilicet exigua et infirma cessit Labano, c. prec. v. 42.

VERS. 12. — VIDE UNIVERSOS MASCULOS VARIOS. Hæc visione et symbolo significabat angelus diversicolores nascituros Jacobo, simulque, ut videtur, modum illi faciendi per virgas decorticatas eum docuit, licet id non exprimat hic Script. contenta narratione totius rei, quam dedit c. preced.

VIDI ENIM OMNIA QUÆ FECIT TIBI LABAN. *Hic dicitur*, ait S. Chrysost. hom. 57, *quod quando injuria nobis fit, nosque mansueti, miles et tolerantes fuerimus, majori et largiori auxilio divino fruimur. Ne ergo oblectemur his qui nos premunt et calumniari volunt; sed feramus generosè, scientes quod nos omnium Dominus non despiciet, tantum non ejus benevolentiam agnoscamus. Mihi enim, inquit, vindicta, et ego retribuam.*

VERS. 15. — DEUS BETHEL. Qui tibi apparuit in iuxta scale in Bethel, c. 28.

ET VOTUM VOVISIT. Meminit Deus voti Jacobi, ut illud sibi gratum fuisse, seque propter illud Jacobo benedixisse, eumque ditasse significat; utque eum voti sui prosequendi et perficiendi memorem reddat.

VERS. 14. — NEMOVI HABEMUS? Nonne pater nos quasi exheredes feci? Primò, dum nos indotatas tibi uxores tradidit. Secundo, dum pretium nostrum, quod nos scilicet tibi coemisti uxores, puta laborem 14 annorum servitutis tuæ, totum sibi usurpavit, ut non tam quasi pater nos in matrimonio consignatò dotè, collocasset, quam quasi mango vendidisset videatur.

VERS. 17. — IMPOSITIS LIBERIS. Erant enim teneri; nam maximus Ruben erat 15 annorum, minimus Joseph erat sexennis.

Tropol. hinc dicit, obortà invidià justo, illam ei esse declinandam; melius est enim sine lite abire, quam cum jurgio residere, inquit Ambros. l. 2 de Jacob, c. 5. Rursum, Deus hic suos adversis, calumniis, exillis agitari permittit, ut ad patriam celestem anhelent, inquit Rupertus; nam mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt.

VERS. 18. — PERGENS AD ISAAC PATREM SUUM. Eò tendebat Jacob, sed in itinere ferme decennium posuit, habitando in Sichem et in Bethel. Ita Abul.

VERS. 19. — FURATA EST IDOLA. Quereres, cur defecerit Rachel? Respondet primò Aben Ezra eam furatam esse idola patris, ne pater illa consulendo, vel eorum inspectione angurando, cognoscere posset per quod iter Jacob eum suis abisset et fugisset, ut scilicet eos insequi non posset. Secundo, S. Basil. initio in Proverb.; Nazianz. orat. 2 de Pasch.; Theod. et Perer. putant eam id fecisse, ut occasione idololatricæ patri tolleretur. Tertio, verisimiliter S. Chrysost. hom. 57, Gennadius, Rupert., Cajet. et Oleaster putant eam idola non tam patris quam sua, quasi deos penates secum abstulisse, eò quod iis dedita esset, ab iisque felix iter, omneque bonum speraret. Nam pater Laban,

ejusque domus, ac consequenter et Rachel, cum Deo vero etiam idola, more gentis suæ colebat, ut patet cap. 33, vers. 2, ubi demùm hæc idola abolevit Jacob.

Quartò, furata est Rachel hæc idola, quia erant pretiosa, puta ex auro; itaque aurum furata est, id est, clanculum accepit; sed justè quasi dotem suam, et quasi mercedem marito suo debitam. Ita Pererius.

IDOLA. Hebraicè est *theraphim*, quod significat statuas humanas, sive humanam formam habentes, ut patet 1 Reg. c. 19, v. 15; hinc Aquila veritè *Μεγαλάκτες*, id est,figurationes; Chald. vertit, imagines. Secundo, nomen *theraphim* usu appropriatum est iis statuis quæ operà demonum responsa dabant, ut patet Judicium 18, v. 28; unde interpretes passim idola vertunt; ita Septuag., noster, et alii, quin ipse Calvinus. Ineptè ergo idem Calvinus, *Theraphim*, inquit, sunt imagines, quales habent papiste; nec enim papiste imagines habent et colunt quasi idola, aut quasi deos, ut *theraphim* hæc habuit et coluit Laban, ut patet v. 50. De *theraphim* plura dicam Judicium 18.

VERS. 20. — NOLUITQUE CONFITERI. Hebraicè est, *furatus est Jacob cor Labani*, cor, id est, opes quæ erant quasi cor Labani, quasque ut cor suum amabat, inquit Lipomanus. Verùm dico, esse hebraismum: *Furatus est cor Laban*, id est, inscio et ignorante Laban, furtim et clanculum aufergit, quasi cor, id est, scientiam et conscientiam Laban secum abstulisset. Unde Chald. veritè: *Celavit*; Septuag.: *Abcondit*. Sic Seneca in Agamemni. ait:

*Germine, vultus veste furabor tuos, furabor*, id est, abscondam.

Addit Cajet. Labanum in corde suo statuisse, non pati Jacobum ex Haran auferre opes, quas ibi pepercit. Unde v. 42, ait ei Jacob: *Forsitan nudum me dimisisses*; et quia Jacob inde clam discedens irritum fecit hoc Labani consilium, hinc dicit furatum ejus cor, in quo consilium illud latebat, illudque clanculum secum tulisse. Est metonymia.

VERS. 21. — ANNE TRANSMISSO. Euphrate, qui Haran et Mesopotamiam circumdat; fecit id Jacob non per miraculum, uti fingunt Judæi, sed per navium ordinariam.

VERS. 25. — IN MONTE GALAAD, qui postea, v. 48, dicitur est Galaad. Est prolepsis; de Galaad vide Adrichom. in Terrâ sanctâ.

VERS. 25. — FRATRIBUS, validâ manu cognatorum, famulorum et civium.

VERS. 26. — DIXIT (LABAN) AD JACOB: QUARE ITA EGISTI? Vide hic rursùm in verbis Laban ingenium mundi: nam primò, licet sciret se perfidia sua causam dedidisse justo fugiendi, id tamen dissimulat, et omnem culpam in justum rejicit; et eam deberet deprecari culpam, ac justum reconciliare, ultrò eum arguit. Sic mundus sua peccata dissimulat, et omnem culpam in pios rejicit. Sic Achab Eliam criminatur, quod turbaret Israel, cum ipse impius rex suis peccatis causa esset malorum. Secundo, Laban fugit se



amicum, cum esset adversarius: *Ut prosequeretur te, inquit, cum gaudio et cantibus*, etc. Sic mundus aliter loquitur, aliter sentit: *ve duplicibus corde?* Tertio, prodit sum impietatem et stultitiam, cum ait: *Cur furatus es deos mea?* impietatis est, quod idola colit; stultitiae, quod deos dicit, qui se à furibus custodire nequeunt. Quarto, ait: *Stultus egisti*; sic mundo stultum videtur quidquid pii faciat. Non stultè egit iustus oppressus patriam repetendo, sed stultè agit mundus celestem patriam contenendo. Quinto, arrogantiae est quod dicit: *Valet manus mea reddere tibi malum*; sic mundus semper praesumit de potentia, cum sciat se nihil contra Deum posse. *Arrogantia ejus, inquit Isaias c. 16, plus quam fortitudo ejus*. Demum tamen, vult nolit, confiteri cogit veritatem, se videlicet à Domino prohiberi et cohiberi. Unde S. Chrysost. hom. 57, multis exemplis ostendit quam Deus Jacobi et aliorum iustorum habeat curam, adeo ut non tantum homines efferatos, sed feras ipsas domet et cieuret, ne eis nocent: *Dei enim manus, inquit, potentior est omnibus; ipsa nos undequaque munit, et invictos facit. Id quod et in justo hoc declaratum est. Nam qui tanto impetu comprehendere Jacob, et panem fugae de eo sumere volebat, non solum nihil asperum contra eum loquitur, sed sicut patrum filium blandè compellat, dicens: Quid fecisti? quare clandestinè abscessisti? Vide quanta mutatio, vide quomodo is qui ut bestia insaniebat, ovium imitetur mansuetudinem.*

Ut clam me. Hebraice rursùm est: *furatus es cor meum*, de quo dixit v. 20.

Quasi captivas gladio. Quasi bello captas, ideòque servas, sive mancipia.

VERS. 28. — FILIOS MEOS, nepotes ex filiabus.

VERS. 32. — SCRUTARE QUICQUID TUORUM (de tuis rebus) APUD ME INVENIERIS, ET ADFERE. Mystice S. Ambros. l. 2 de Jacob c. 5: *Venit ad eum Laban, inquit, id est, dealbatus, puta Satanas (quia et Satanas transfiguratur se in angelum lucis), et capti ab eo sua requirere. Respondit Jacob: Nihil tuorum habeo. Quære si quid agnoscis tuorum vitiorum et criminum; nihil mecum abstuli fraudum tuarum, dolique consortia ulla non habeo: omnia tua tanquam contagium refugii. Et quaesivit Laban, et nihil suum reperit. Quam beatus vir, in quo inimicus nihil invenit, quod suum possit dicere; in quo diabolus nihil offendit, quod suum agnosceret! Impossibile videbatur istud in homine, sed typum gerebat ejus qui dixit in Evang. Venit hujus mundi princeps, et in me invenit nihil. Nihil est enim quidquid est diaboli, quod nullam potest habere perpetuitatem atque substantiam.*

VERS. 34. — SUBTER STRAMENTA. Sub clitellis.

VERS. 35. — JUXTA CONSUETUDINEM FEMINARUM, q. d.: Labore fluxu menstruatorum, ideò præ infirmitate assurgere non possum.

VERS. 36. — TEMENSQUE, præ irâ et indignatione justâ Jacob, altis mississimus; læsa enim patientia fit furor.

VERS. 39. — NEC CAPTIVUM A BESTIA OSTENDI TIBI. Lex pastoritiae est, ut si sine pastoris culpâ pecus à feris necetur, ostensa domino parte aliqua residua,

noxæ pastor eximatur; res enim quæque domino suo perit, nisi culpa custodis interveniat. Verùm hanc legem non servavit durus et injustus Laban, qui Jacobum volebat non culpam tantum, sed et casum prestare. Hoc est enim quod ei objicit Jacob, dicens: *Quidquid furum peribat, à me exigebas*. Alioqui pastor jure pastoritio tenetur ovem à lupo, urso, etc., raptam, excutere, ovemque tueri, si potest; quod si negligat, tenetur ad ovis raptæ restitutionem. Ita David pasvens oves, leonem et ursum eas invadentes occidit, I. Reg. 17, 54. Multò magis Deus à pastoribus qui curam gerunt animarum, illas requirit, si suâ negligentia sinant eas à dæmone rapi, agique in præceps, uti docet Ezechiel c. 5, 17, et toto c. 34. Idem iudicium est de principibus et magistratibus, qui subditorum salutem, corpora et fortunas tueri debent. Horum ergo est jugiter excubare, pro suorum tutelâ et custodia. *Excubat* (inquit Seneca) *principis cura pro salute singularum*. Talis fuit Cesar, de quo idem Seneca lib. de Brevit. vite: *Omniur, inquit, domos illius diligentia defendit, omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius occupatio*. Tales quoque vult esse principes Plato lib. 7 de Legibus.

VERS. 40. — ESTU UREBAR ET GELU. Malè legunt quidam *urgetur*; nam sicut calor, sic et frigus adurit, id est, pungit, cruciat, exsiccât, et, ut Hebraei habent, *achalani*, id est, comedit me et consumpsit, lædit. Causam physicam assignat Hieronym. Magius, lib. 1 Miscellan. cap. 17; sic Poeta: *Urebant montana nives*. . . .

Et Tacitus, lib. 15 Annal.: *Ambusti multorum artus vi frigoris*. S. Basil. hom. de 40 Martyr.: *Frigore, inquit, toti exusti*. Et Eccl. de aquilone loquens, cap. 45, 25: *Excuret, inquit, desertum et exstinguat viride*; id est, sicut ignis. Hinc et pruina à perurendo dicta, quod herbas et fruges perurat, ait Festus: *nimirum munditia mulieribus, labor viris convenit*. Quocirca meritò Jacob à S. Gregor. hom. 15 in Ezech. statuitur laboris exemplar, eoque illum meruisse ait victoriam in lucâ cum angelo c. 52: *et Laboriosa, inquit, fortitudo ut obtineri debeat* queritur? Jacob ad memoriam deducatur, qui postquam scivit fortiter servare homini, ad eam quoque virtutem deductus est, ut non potuisset à luctante angelo superari.

FIGURATQUE SOMNUS. Pastoris boni est vigilare noctuque invigilare gregi. Quam ergo vigil sit episcopus et pastor oportet, qui pascit oves Dei! inquit S. Damasus epist. 4. Jacob ergo archetypus est boni œconomii, quem sic depingit Aristot. in Œconom.: *Expersicet decet prius dominum quam servum, et cubitum ire posterius, nec unquam incustoditum esse domum, sicut nec urbem, quando omnia est, neque die, neque noctu; et ante lucem surgere, quod ad sanitatem et ad curam rei familiaris, et ad studium philosophiæ prodest plurimum*. Sic et Cato de Re rusticâ c. 5, et Cicero lib. 2 de Divinal. hoc præceptum dat villico: *Primus cubitus surgat, postremus cubitum eat*. Refert Xenophon in Œconom. barbarum

quemdam rogatum, quid equum habilem et vegetum redderet, respondisse: *Domini oculus*. Agesilaus rex Lacœdam. somno moderari noverat, et, ut ait Xenophon, somno non ut domino, sed ut subito in negotiis utebatur. Ita pastores vigilabant, quibus primò ab angelo nuntiata est natiuitas Christi. Ita Paulus ait Timotheo: *Tu verò tigilla, in omnibus labora*. Ita gentes bonum pastorem comparant Argo, qui pastor erat totus oculatus, imò oculis circumcirca plenus. Homerus, Iliade 6, canit Jovem deorum deum, diis hominibusque dormientibus, insomnem fuisse, ac de Achille exaltando cogitasse. Sic de Deo vero canit David psal. 121: *Eccc non dormiabit, neque dormiet, qui custodit Israel*. Persarum rex habebat cubicularium, qui mane regem excitans dicebat: *Surge, rex, atque cura quo te curare voluit Mesoromades, tuus Deus; testis est Plutarch. lib. de Doct. princ. Rectè ergo Hom. loco citato: Non decet totâ nocte dormire virum consiliarium, Cui populi commissi sunt, et tanta curanda sunt.*

Si ergo vita mortalium est vigilia, multò magis vita principum et prelatorum vigilia sit oportet. Ita S. Dominicus noctu vigili orabat, suorumque fratrum cellas, locaque omnia obibat.

VERS. 41. — DECEM VICINES. Joseph vult Laban pacta violasse, festusque meliores jam natos, Jacobo ex pacto debitos, abstulisse, sed errat; nam hæc ratione adeò ditari non potuisset Jacob. Melius ergo Origenes, Euseb. et S. Hieron. censent Laban pactum in futurum decies commuisse, sibi deponendo talia, qualia Jacobo jam nata et obvenisse videbat.

VERS. 42. — NISI DEUS PATRIS MEI ABRAHAM, ET TIMOR ISAAC AFFUISSET MIHI. QUERES, quis sit timor Isaac? Respondet primò Aben Ezra et Cajetan. esse timorem et reverentiam quo Isaac timuit, coluit et reveritus est Deum, q. d.: Merito timoris, id est, pietatis, reverentiae et devotionis Isaac, quâ scilicet ille supplicabat Deo pro filio suo Jacobo, liberatus et prosperatus est Jacob. Hic ergo timor sanctorum est actus religionis et reverentiae, oriturque ex amore Dei; imò est actus charitatis subinde imperatus, subinde elicitus; quia enim sancti summè amant Deum, hinc summè timent eum offendere, summèque eum colant et reverent. Secundò, alii putant hunc timorem fuisse reverentiam, quâ Jacob prosequabatur patrem suum Isaac, eumque timuit et reveritus est; per hanc enim reverentiam et pietatem erga patrem suum Isaac, meruit Jacob apud Deum, ut ab eo liberaretur et protegeretur. Tertio et genuinè, Deus qui fuit Deus Abraham, vocatur timor Isaac, q. d.: Deus quem coluit Abraham, et quem timuit ac reveritus est Isaac, quasi summum numen, summamque majestatem. Sic Isaias cap. 8, v. 15, Deum vocat terrorem et pavorem Israel, quem scilicet Israelitæ cum metu et pavore coluerunt et reveriti sunt.

Timor ergo hic metonymicè capitur pro objecto timoris, puta pro Deo. Sic Jovem Gentiles vocabant timorem hominum, quem scilicet homines testem, iudicem et vindicem metuebant, cuius jurare timent, et fallere numen. Sic enim Jacob v. 45, juravit per timo-

rem patris sui Isaac, aquè ac Laban per Deum Abraham et Deum Nachor. Sic Deus in psalmis dicitur spes mea, patientia mea, id est, in quem spero, propter quem patior. Ita Theod., Chaldeus et S. Augustinus. ARGUIT TE HERI, cum tibi apparuit, monens ne quid gravius tibi diceret aut faceret. v. 29.

VERS. 45. — QUID POSSEM, q. d.: Patria pietas et amor non permittunt ut meis filiabus et nepotibus noccam; sic enim habent Hebrææ, noster tamen interpres vertit: *Filiis et nepotibus, ubi est et significat, id est: Laban enim suis nepotes vocat filios, ex eo quod paulò ante dixit Jacobo: Filii et greges tui, et omnia quæ cernis mea sunt*; quia scilicet à me, quasi avo et primo possessore descendunt.

VERS. 44. — UT SIT TESTIMONIUM. In monumentum fœderis inter nos initii.

VERS. 45. — IN TITULUM. In signum et monumentum. De titulo vide dicta c. 28, v. 18.

VERS. 46. — TUMULUM. Aggerem longum latumque et planum; nam in eo quasi in mensa pransi sunt.

VERS. 47. — QUEM VOCAVIT LABAN, TUMULUM TESTIS; ET JACOB, ACERVUM TESTIMONIUM, UTERQUE JUXTA PROPRIETATEM LINGUÆ SUÆ. Idem nomen quoad significationem et rem, hinc tumulo imposerunt Jacob et Laban, sed diversum quoad vocem et linguam; nam Laban Syrus syriacè vocavit eum *galed*, id est, tumulum testis. *Gal* enim tumulum, et *testem* significat. Jam in re tumulus testimonii idem est quod tumulus, vel acervus testis. Lapis enim non potest aliter esse testis quam si erigatur et ponatur in testimonium rei alienius: fortè etiam incurià librorum hinc transposita sunt nomina; ut loco testimonii positum sit *testis*, et contra. Nam propriè et præcisè, Laban vocavit hunc tumulum *iegar saladuta*, id est, tumulum testimonii; Jacob verò vocavit eum *galed*, id est, acervum, vel tumulum testis.

Quia ergo hic tumulus erectus fuit in testimonium fœderis inter Jacob et Aban initii, hinc vocatus est *galed*, id est, tumulus testis, indeque ipse mons, urbs et regio tota dicta est Galaad, vel Galaaditis.

VERS. 48. — APPELLATUM EST NOMEN EJUS GALAAD, ID EST TUMULUS TESTIS. In Hebræo tantum est *Galaad*, sed noster interpres Hebræum nomen Galaad explicat, addens, *id est, tumulus testis*; Itabrea addunt, *venispha*, id est, et *specula, quia dixit* (Laban): *Speculator, intueatur et iudicet Dominus inter nos*. Duo ergo nomina hinc tumulo imposita sunt, primum *galed*, id est, tumulus testis; secundum *mispha*, id est, specula, vel, ut Septuag. vertunt: *ὄρασις*, id est, visio, q. d.: Laban: Ego deinceps te tuaque, ô Jacob, speculatus et intueri non potero; recedam enim et divider à te; Deum ergo time, qui speculator est hujus nostri fœderis et juramenti, ut iudicet et vindicet, si alteruter nostrum illud violet, nimirum

*Speculator astat desuper, Qui nos diebus omnibus Actusque nostros prospicit, A luce primâ in vespeream.*  
Hic est noster *mispha*.



VERS. 51. — LAPIS QUEM EXERIT. In tumuli jam dicti parte unâ, que Mesopotamiam respiciebat, lapidem suum exerit Laban; in alterâ parte que Chananeam respiciebat, lapidem alterum, summoq; exerit Jacob; ut hi duo lapides essent quasi columnæ et termini, quos neutri ad nocendum alteri transire liceret.

VERS. 53. — DEUS ABRAHAM, ET DEUS NACHOR JUDICET INTER NOS, ET DEUS PATRIS EORUM, puta Deus Thare, qui fuit pater Abraham et Nachor.

Nota. Laban cum Deo vero Abraham coluit idola patris sui Nachor; hinc etiam addit communis abavi, puta Thare, deos, quasi utrique patrios et hæreditarios. Thare enim in Chaldæa cum Abraham coluit Deum verum, in Haran verò cum Nachor coluit idola, uti dixi c. 11, in fine; Jacob verò hos rejicit, et tantum jurat per timorem Isaac, id est, per Deum quem timuit et coluit Isaac et Abraham. Vide dicta v. 42.

Nota. Sicut licuit Jacobo à Laban, ita cuivis fidelis CAPUT XXXII.

1. Jacob quoque abiit itinere quo cæperat: fueruntque ei obviam Angeli Dei.

2. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc; et appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, Castra.

3. Misit autem et nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom:

4. Præcepitque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Jacob: Apud Laban peregrinatus sum, et fui usque in præsentem diem.

5. Habeo boves, et asinos, et oves, et servos, et ancillas; mittoque nunc legationem ad dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo.

6. Reversiveque sum nuntii ad Jacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, et ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris.

7. Timuit Jacob valde: et perterritus divisit populum qui secum erat, greges quoque et oves, et boves, et camelos, in duas turmas.

8. Dicens: Si venerit Esau ad unam turmam, et percusserit eam, alia turma, que reliqua est, salvabitur.

9. Dixitque Jacob: Deus patris mei Abraham, et Deus patris mei Isaac: Domine, qui dixisti mihi: Revertere in terram tuam, et in locum nativitatis tuæ, et benefaciam tibi.

10. Minor sum cunctis miserationibus tuis, et veritate tuâ quam expremisti servò tuo. In baculo meo transivi Jordanem istum: et nunc cum duabus turmis regressor.

11. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde cum timore: ne forte veniens percussit matrem cum filiis.

12. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, et dilatares semen meum sicut arenam maris, que præ multitudine numerari non potest.

licet ab infideli excipere, imò exigere in necessitate juramentum, etiamsi sciat infidelem juratum per falsos deos; sicut in necessitate licet petere mutuum ab eo quem scis id non daturum nisi cum pacto usuræ. Sicut enim hic solum exigit mutuum, usuram verò tantum permittit et tolerat; ita et ille juramentum solum exigit, ipsimum verò fieri per falsos deos tantum permittit et tolerat, idque ob justam causam, puta necessitatem.

VERS. 54. — IMMOLATIOQUE VICTIMIS. Hostiis pacificis oblati pro pace, reconciliatione et fœdere initio cum Laban socio suo. Unde eadem ex iisdem convitiis instruitur. Hisce ergo victimis gratias egit Jacob Deo, pro pace inita, simulque petit ut Deus eam conservaret, firmaret et perpetuaret.

VERS. 55. — DE NOCTE. Summo mane. IN LOCUM SUUM. In Haran.

#### CHAPITRE XXXII.

1. Jacob continuant son chemin rencontra des anges de Dieu.

2. Et les ayant vus, il dit: Voici le camp de Dieu; et il appela ce lieu-là Mahanaim, c'est-à-dire, le camp des armées du Seigneur.

3. Il envoya en même temps des gens devant lui, pour donner avis de sa venue à son frère Esau, qui, par un effet particulier de la Providence de Dieu, s'était retiré en la terre de Seir au pays d'Edom, abandonnant ainsi la terre de Chanane, que le Seigneur avait destinée à Jacob.

4. Et il leur donna cet ordre: Voici la manière dont vous parlerez à Esau mon seigneur: Jacob votre frère vous envoie dire ceci: J'ai demeuré comme étranger chez Laban, et j'y ai été jusqu'à aujourd'hui: j'en reviens assez riche pour ne point venir dire à charge.

5. J'ai des bœufs, des ânes, des brebis, des serviteurs et des servantes; et j'envoie maintenant vers mon seigneur, afin que je le trouve grâce devant lui.

6. Ceux que Jacob avait envoyés, revinrent lui dire: Nous avons été vers votre frère Esau; et le voici qui vient lui-même en grande hâte au-devant de vous avec quatre cents hommes.

7. A ces mots, Jacob eut une grande peur, se souvenant de la haine qu'Esau avait autrefois conçue contre lui; et dans la frayeur dont il fut saisi, il divisa en deux bandes tous ceux qui étaient avec lui, et les troupeaux, les brebis, les bœufs et les chameaux,

8. En disant: Si Esau vient attaquer une des troupes, l'autre qui restera sera sauvée.

9. Jacob, ayant pris ces précautions que sa prudence lui suggéra, eut ensuite recours à Dieu; et il lui dit avec une entière confiance: Dieu d'Abraham mon père, Dieu de mon père Isaac, Seigneur, qui m'avez dit: Retournez dans votre pays et au lieu de votre naissance, et je vous comblerai de biensfaits:

10. Je suis indigne de toutes vos miséricordes, et de la vérité que vous avez gardée dans toutes les promesses que vous avez faites à votre serviteur, et que vous avez accomplies avec tant de magnificence et de libéralité; car j'ai passé ce fleuve du Jourdain, n'ayant qu'un bâton, et je retourne maintenant avec ces deux troupes que vous m'avez données par un effet de votre bonté.

11. Conservez-les par la même bonté; et délivrez-moi aujourd'hui de la main de mon frère Esau, parce que je le crains extrêmement; de peur qu'un jour son arrivée il ne passe au fil de l'épée la mère avec les enfants.

12. Souvenez-vous que vous m'avez promis de me combler de biens, et de multiplier ma race comme le sable de la mer, dont la multitude est innombrable.

13. Cùmque dormisset ibi nocte illâ, separavit de his que habebat, munera Esau fratri suo,

14. Capras ducentas, hircos viginti, oves ducentas, et arietes viginti,

15. Camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, et tauros viginti, et pullos earum decem.

16. Et misit per manus servorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis: Antecedite me, et sit spatium inter gregem et gregem.

17. Et præcepit priori dicens: Si obvium habueris fratrem meum Esau, et interrogaverit te: Cujus es? aut: Quò vadis? aut: Cujus sunt ista que sequeris?

18. Respondebis: Servi tui Jacob, munera misit domino meo Esau: ipse quoque post nos venit.

19. Similiter dedit mandata secundo, et tertio; et cunctis qui sequebantur greges, dicens: Iisdem verbis loquimini ad Esau cum inveneritis eum.

20. Et additis: Ipse quoque servus tuus Jacob iter nostrum insequitur. Dixit enim: Placabo illum muneribus que præcedunt, et postea videbo illum; forsitan propitiabitur mihi.

21. Præcesserunt itaque munera ante eum; ipse verò mansit nocte illâ in castris.

22. Cùmque matrem surrexisset, tulit duas uxores suas, et totidem famulas, cum undecim filiis, et transivit vadum Jacob.

23. Tradiditque omnibus que ad se pertinebant, 24. Mansit solus: et ecce vir luctabat eum eo usque mane.

25. Qui cum videret quòd eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim emarcuit.

26. Dixitque ad eum: Dimitte me, jam enim ascendit aurora. Respondit: Non dimittam te nisi benedixeris mihi.

27. Ait ergo: Quòd nomen est tibi? Respondit: Jacob.

28. At ille: Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævaleris?

29. Interrogavit eum Jacob: Dic mihi, quò appellaris nomine? Respondit: Cur queris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco.

30. Vocavitque Jacob nomen loci illius, Phœnel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.

31. Ortusque est et statim sol, postquam transgressus est Phœnel: ipse verò claudicabat pede.

32. Quam ob causam non comedunt nervum filii Israel, qui emarcuit in femore Jacob, usque in presentem diem; eò quòd tetigerit nervum femoris ejus, et obstupuerit.

#### COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANGELI DEI. Duas angelorum acies vidit hic Jacob; inde enim hic locus hebraicè vocatus est machanaim, quod nomen est duale, et significat bina castra, vel binas acies. Unde et urbs ibidem postea edi-

13. Jacob ayant passé la nuit en ce même lieu, il sépara de tout ce qui était à lui ce qu'il avait destiné pour en faire présent à Esau, son frère;

14. Savoir: deux cents chèvres, vingt boucs, deux cents brebis et vingt bœufs,

15. Trente femelles des chameaux avec leurs petits, quarante vaches, vingt taureaux, vingt ânesses et dix anons.

16. Il envoya séparément chacun de ces troupeaux, qu'il fit conduire par ses serviteurs; et il leur dit: Marchez toujours devant moi, et qu'il y ait de l'espace entre un troupeau et l'autre.

17. Il dit à celui qui marchait le premier: Si vous rencontrez Esau, mon frère, et qu'il vous demande: A qui êtes-vous? ou bien: Où allez-vous? ou: A qui sont ces bêtes que vous menez?

18. Vous lui répondrez: Elles sont à Jacob, votre serviteur, qui les envoie pour présent à mon seigneur Esau; et il vient lui-même après nous.

19. Il donna aussi le même ordre au second, au troisième et à tous ceux qui conduisaient les troupeaux, en leur disant: Lorsque vous rencontrerez Esau, vous lui direz la même chose.

20. Et vous ajouterez: Jacob votre serviteur vient aussi lui-même après nous. Car Jacob disait: Je l'appaiserai par les présents qui vont devant moi; et ensuite, quand je le verrai, peut-être qu'il me regardera favorablement.

21. Les présents marchèrent donc devant Jacob; et pour lui, il demeura cette nuit dans son camp.

22. Et s'étant levé de fort bonne heure, il prit ses deux femmes et lui deux servantes, avec ses onze fils, et passa le gué de Jacob.

23. Après avoir fait passer tout ce qui était à lui, 24. Il demeura seul en ce lieu-là. Et il parut en même temps un ange sous la figure d'un homme qui luita contre lui jusqu'au matin.

25. Cet ange qui négociait avec Jacob comme un homme, voyant qu'il ne pouvait le surmonter, parce qu'il ne voulait pas employer toute sa force contre lui, lui fit sentir de quoi il eût été capable, s'il eût voulu; il lui toucha le nerf de la cuisse, qui se sécha aussitôt.

26. Et en même temps il lui dit: Laissez-vous aller, car l'aurore commence déjà à paraître. Jacob, qui reconnut alors que c'était un ange du Seigneur, lui répondit: Je ne vous laisserai point aller que vous ne m'avez béni.

27. Cet homme lui demanda: Comment vous appelez-vous? il lui répondit: Je m'appelle Jacob.

28. Et le même homme ajouta: On ne vous nommera plus à l'avenir Jacob, mais Israël, c'est-à-dire, puissant, invincible; car si vous avez été fort contre Dieu, combien le serez-vous davantage contre les hommes?

29. Jacob lui fit ensuite cette demande: Dites-moi, je vous prie, comment vous vous appelez. Il lui répondit: Pourquoi demandez-vous mon nom? Et il le bénit en ce même lieu.

30. Jacob donna le nom de Phœnel à ce lieu-là, en disant: J'ai vu Dieu face à face: et cependant mon âme a été sauvée; je n'en suis pas mort, contre l'opinion commune des hommes, qui croient qu'on ne peut voir Dieu ou son ange sans en mourir.

31. Aussitôt qu'il eut passé ce lieu qu'il venait de nommer Phœnel, il vit le soleil qui se levait, mais il se trouva boiteux d'une jambe.

32. C'est pour cette raison que jusqu'à aujourd'hui les enfants d'Israël ne mangent point du nerf de la cuisse des bêtes, se souvenant de celui qui fut touché en la cuisse de Jacob, et qui demeura sans mouvement

ficata, dicta est Machanaim; nimirum una acies erant angeli, qui erat custos et præses Mesopotamiam. Hic cum angelis sibi subditis et subordinatis, quasi instructa acie, comitatus fuerat, et securè deduxerat Jaco-



hum à Mesopotamiâ hucusque, scilicet ad confinia Chananae: ibi occurrit ei, eumque exceptit angelus praeses Chananae, cum sua acie angelorum sibi subditorum, ut eum per Chananaeam securè ad patrem perduceret, et ab Esau, alisque ei infensus tureret et protegeret. Sicut enim principes externum principem, per suas terras, datis militibus praesidiariis, securè deducunt, et vicino principi, ejusque praesidiariis ulterius deducendum consignat; ita pariter cum Jacobo faciunt hic angeli. Vide Dei et angelorum erga suos providentiam et curam: vide et quantus, quamque similis, familiaris et charus Deo et angelis fuerit Jacob. Vide tertio, quomodo post tentationem et terrorem incussum Jacobo à Laban, sequatur consolatio angelorum; sic de Christo dicitur Matth. 4: *Tunc reliquit eum diabolus; et ecce angeli accesserunt, et ministrabant ei.* Vide quarto, quomodo tentationi minori Labani, major succedat, scilicet timor Esau infensi; utraque contra eum Jacobum hic praemunit angeli.

Sicut ergo Elisæus 4 Reg. 6, v. 17, vallatus ab hostibus, vidit angelorum acies sibi in auxilium et tutelam occurrere; ita et Jacob hic contra Esau aliosque hostes angelorum praesidio cingitur, ut discat nec Esau, nec quemquam hominum timere. Ita Abulens. Hic impletum fuit illud Psal. 25, v. 8: *Inimicitiae (hebraice chone, id est, castrametabitur) angelus Domini in circuitu timentium eum.*

Sic in vitis Patrum legitur de abbate Mose, quod, eum valdè à fornicationis spiritu impugnaretur, iverit ad abbatem Isidorum, qui eum ad superiora domus deduxit; ubi ad Occidentem vidit ingentem daemone turbam inter se concertantem; ad Orientem vidit splendentem angelorum exercitum; tum Isidorus: « Quos, » inquit, in Occidente vidisti, ipsi sunt qui etiam justos impugnant: quos verò in Oriente, hi sunt, qui in adjutorium mittit servis suis Dominus exercituum. Cognosce igitur, quod plures sunt nobiscum, quam cum illis, dixit Elisæus propheta. » Ex dictis patet, hanc angelorum extraordinariam fuisse custodiam; non enim solus angelus Jacobi custos, sed binae angelorum acies, cum duobus ducibus, apparuerunt Jacobo.

Putat Diodorus Tarsensis, angelorum praefectum secundae aciei, et praesidem Chananae, fuisse S. Michaelem; hic enim constitutus est à Deo princeps posterorum Jacob, puta populi Dei, omnium scilicet Israelitarum, ut patet Danielis 10, v. ult. et Danielis 12, 1.

VERS. 5. — AD ESAM PATREM SUUM IN TERRAM SEIR, que et Edom, sive Idumæa dicitur. Nota, dum Jacob moratur in Haran, Deus injicit cogitationem et mentem fratris ejus Esau, indignanti ob parentum voluntatem in Jacob propensionem, in se verò et uxores suas frigidiores, ut Chananaeam relinqueret, et montes Edom sibi sedes eligeret; ut nimirum hac ratione Chananaeam cederet Jacobo ejusque posteris. Jacob in Haran nuntio à matre, uti videtur (hoc enim ipsa promiserat c. 27, v. 45), accepto, intellexerat Esau in Edom

commigrasse; unde securus ex Haran ad parentes in Chananaeam redit.

Nota secundo prolepsim; hæc enim terra non ante, sed post habitationem Esau, ab ipso Esau dicta est Seir, et Edom sive Idumæa; uti dixi c. 25, v. 25 et 50.

VERS. 5. — HABEO BOVES, q. d.: Tibi ob egestatem non ero oneri, nec parentum opes immineam; affatim enim opum mihi Deus largitus est.

VERS. 6. — CUM QUADRINGENTIS VIRIS. Ut sic et fratri potentiam suam ostentaret, utque eum hac pompè amplius honoraret, eique securum comitatum per iter praestaret. Videtur ergo Esau per nuntios à Jacobo missos, tam humiliter et humaniter eum salutantes, fuisse placatus, pristinaque odia in amorem conversisse, Deo cor ejus immutante, et inclinate in favorem Jacobi.

VERS. 7. — DUCAS TORNAS. Prior turma erat gregum cum pastoribus, in suos ordines aptè distributa; posterior erat uxorum cum liberis, cujus tres erant ordines: primus Zelphæ et Balæ cum suis prolibus; secundus Lia cum suis; tertius Rachelis et Joseph, ut patet cap. sequ. v. 2. Rachel ergo et Joseph non tertiam faciebant turmam, sed secundam agmen claudebant, utpote charissimam Jacobo.

Tropologicè, notat S. Augustinus nos exemplo Jacobi ita debere Deo fidere, ut tamen humana praesidia et consilia non negligamus; hoc enim facere, esset tentare Deum. Hinc B. P. N. Ignatius nos docuit, ita omnem spem rerum gerendarum in Deo ponere, ut nobis nostrisque viribus planè diffisi, totos nos in Deum Dei que providentiam ingenti fiducia conficiamus; et tamen in ipsa executione, sedulo adhibere omnia naturalia media et humana praesidia, perinde ac si illis solis niteremur, illisque res omnis conficienda esset; utrumque enim docet et exigit prudentia pietasque christiana.

VERS. 8. — SALVABITUR, fugiendo salvare se poterit.

VERS. 10. — MINOR SUM, exiliior, vilior, indignior sum, quam qui ullam tuam gratiam, vel misericordiam, etiam minimam, mihi praestitam meruerim, aut eliam merear. Vera enim virtutis fundamentum est humilitas; nec tanta est claritas, quam non obscurat elatio.

Nota: Jacob hic ita gratias agit Deo, de præteritis beneficiis sibi collatis, ut futuris se dignum reddat, ad eaque Deum sua humilitate et gratitudine provocet. Docet ergo nos hic modum efficaciter orandi. Nam orditur à Dei reverentiâ et laude, ab allegatis patrum meritis, dicens: *Deus patris mei Abraham, etc.* Secundo, admonet Deum promissionum: *Domine, qui dixisti mihi: Revertere.* Tertio, humilitat se, et suam infirmitatem confitetur: *Minor sum cunctis miserabilibus tuis.* Quarto, beneficia accepta recollit, et gratias agit: *In baculo meo transivi Jordanem istum, et nunc cum duobus turmis regressor.* Quinto, orat: *Erue me de manu fratris mei Esau.* Sexto, non tantum pro se, sed et pro aliis obsecrat: *Ne percussit matrem cum filiis;* timebat

vel maximè nec occiso semine benedicto, Christus non veniret.

VERITATE, fidelitate, q. d.: ego, licet indignus, haecens semper expertus sum te fidelem in promissis mihi praestitis; quare confido et oro, ut in futurum ideam experiar, utque nunc ab Esau me protegas.

IN BACULO MEO, q. d.: Solus baculo, seu pedo pastorali inmixto, egenus, ut pastor sine grege; imò gregem pascedum quærens, ex patriâ ivi in Haran; nunc Dei dono cum duobus prolium, famulorum et pecudum turmis regressor. Ita Josephus.

VERS. 13. — GEMEOS FORTAS, qui recens pepererant, et pullos lactabant.

VERS. 16. — SIT SPATIUM INTER GRECEM ET GRECEM. Ut sic ditius numerum à me et missorum numero, varietate et pompâ se poscit et mitescat Esau: sic enim plura et et splendida esse videbantur.

VERS. 20. — FORSITAN, id est, utique; est et forsitan, non dubitantis, sed affirmantis, et confirmantis, uti apud Homerum. Sic et Christus ait Joannis 8, v. 19: *Sine sciretis, forsitan (utique) et Patrem meum sciretis.*

VERS. 21. — IPSE VERO MANSIT NOCTE ILLA IN CASTRIS. Tum ut desperaret, num quid per oblivionem relictum esset, tum ut consilium caperet et cogitare quâ ratione fratrem placare posset, tum maximè, ut eâ nocte solus quiete et ardentè supplicare Deo, ut omne hoc suum cum fratre negotium, iterque dirigeret; unde post orationem occurrit illi angelus luctator. Tum denique ut post curas et labores, aliquid daret somno et necessaria quiete. Unde 70 vertunt, *ipse vero dormivit in castris.* Hebr. est *lan*, id est, *pernoctavit*, id est, noctem transegit sive dormiendo, sive vigilando et operando.

Moral. S. Ambros. lib. 2 de Jacob c. 6: *Perfecta virtus, inquit, habet quietis tranquillitatem et stabilitatem. Ideo Dominus domum ejus perfectioribus reservavit dicens: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. Perfectorum enim est non facile mundanis moveri, non turbari metu, non exagitari suspitione, non terrore concuti, non dolore vexari; sed quasi in littore tutissimo adversis insurgentes fluctus secularium procellarum, mentem immobilem fida statione placidare. Ex adverso amplius suis suspitionibus affigitur impius, quam alienis plerique verberibus, majoresque vibices vulnerum in ejus animo sunt, quam in eorum corpore qui ab aliis verberantur.*

VERS. 22. — CUMQUE MATRE SURREXISSET, ante auroram, durante adhuc nocte, ut habent Hebræa et Græca; nocte enim postquam sua et suos per vadum Jacob traduxisset Jacob, luctatus est cum angelo usque mane.

VERS. 24. — VIR LUCTABATUR CUM EO. Quærens quis fuerit iste vir? Theodor., Justinus, Tertull., Hilarius, Ambrosius, Cyrillus et alii apud Pererium, videntur dicere, fuisse Filium Dei, puta Verbum, quod futurum erat caro; et prolatur, quia ipse Jacob, v. 50, cum vocat Deum. Verum dico primò: Hic vir fuit angelus;

id patet ex Osee 12, 5, ubi expressè hic vir vocatur angelus. Secundo, quia S. Dionys. Coelestis Hierarchie c. 4, S. Hieron. Josephus, Eusebius, Rupertus, et S. August. lib. 16 Civit. 59, docent fuisse angelum, adduntque Deum in veteri Testamento nunquam per se, sed semper per angelos apparuisse; nam celeberrima illa apparitio Dei dantis legem in Sinâ, facta est per angelos, ut patet Galat. 3, 19.

Dices: Ille vir, v. 50, vocatur Deus. — Respondeo: Erat angelus personaliter, sed vocatur Deus representativè et auctoritativè, uti vicereus vocatur rex; quia scilicet Deum, puta Dei filium incarnandum, representabat, ejusque vice et auctoritate fungebatur; et hoc tantum voluit Theodor., Justinus, et alii Patres citati, qui hunc virum vocant Filium Dei.

Dices secundo: Concilium Sirmiense, can. 44, defuit hunc virum fuisse Filium Dei; sic enim habet: *Si quis contra Jacob, non Filium tanquam hominem luctatum esse, sed ingentem Deum aut Patrem ejus dixerit, anathema sit.* — Respondeo, hoc concilium tantum vult dicere, angelum hunc representare Deum, non Patrem, sed Filium. Adde, hoc concilium fuisse Arianorum, ac proinde parvè, imò suspectè esse auctoritatis et fidei.

Dico secundo: Angelus hic non fuit malus, in specie Esau apparet; et volens vincere Jacobum, uti fingunt Judæi apud Lyrannum, sed bonus. Patet, quia ab eo benedictionem petit Jacob. Rursim, ab eo locus est vocatus Phannuel, id est, apparitio vel facies Dei, ipseque Jacob dictus est Israel, id est, prævalens Deo. Fuit ergo hic angelus bonus, typus Christi ex Jacob nascituri, Ita Patres et interpretes. Quare quod S. Hieron. in Comment. Epistolæ ad Ephes. cap. 6, v. 12, hunc angelum ait fuisse daemone, eum quo, ut ait Apostolus, nobis est collectatio assidua, id, more suo, non ex sua, sed ex Origenis sententiâ affert. Origenes eum lib. 5 Periarchorum, censuit hunc angelum fuisse diabolum.

Dico tertio: Angelus hic non fuit custos Esau, qui nomine Esau voluerit impedire Jacobum ab ingressu terræ sanctæ, ut hac ratione eum cogeret ad restituendum Esau suam primogenitam, ut commentus est Franc. Georgius tom. 1, sect. 5, problemate 254. Sed fuit hic angelus custos ipsius Jacobi. Patet, quia Jacobi non Esau causam egit, ipsique Jacobo, in præjudicium Esau, benedixit. Rursim, quis credit angelum bonum contra Dei voluntatem, iniquam Esau causam suscipere et agere voluisse? Denique id patet ex eo quod ait Jacob v. 29: *Vidi Dominum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.* Hic ergo angelus, non Esau, sed Jacobi fuit tutelaris et salvator.

LUCTABATUR. Hic quaeritur secundo, cur angelus luctatus sit cum Jacobo? Respondeo, ut hac lucta si-nens se vinci à Jacobo, illi spem faceret, quod pari modo, imò multò magis fratrem suum Esau, quem metuebat, mitigaret, vinceret et superaret; hoc enim est quod ait angelus, v. 28: *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quando magis contra homines prævaleris!* Ita Patres græci et latini. Unde, licet D. Thomas et Rupertus hanc luctam dicant imaginariam, verius ta-



men est eam realem et corpoream fuisse in corpore ab angelo assumpto, ut communiter docent Patres. Cum enim angelus apparet Jacobo, eumque confortans, ab eo discideret vellet, Jacob timens solus manere adveniente Esau, sanetâ quâdam audaciâ rogat et recitentem angelum, sinistrique angelus longâ et morâ et luctâ totius noctis se ab eo teneri ut hâc ratione animum et adderet, et metum Esau depelleret.

Symbolicè hæc lucta figurat statum Israëlitarum usque ad adventum Christi, qui talis fuit, quòd ob eorum peccata, Deus sæpè ab eis recedere voluit, et dudum recessisset, ni Jacob ejusque similes, ut Moses, David, Elias, Isaias et alii eum retinissent. Secundò, hæc lucta adumbrat vitam christianam, quæ nihil aliud est quam lucta, et, ut S. Job ait, militia super terram; in quâ aliquando vincimur, sed armati et genitèro luctantes ut Jacob, tandem vincimus. Nam philosophi et multi christiani animus, ex eo quòd passus est generosior redditur, atque ut candens ferrum frigidâ aspersione, sic ipse periculis obdurescit, ut ait S. Gregorius Nazian. orat. 25 in laudem Hieronis.

Nota. Pro *luctabatur* hebraicè est *ieabec*, quod Septuag. vertunt *ἐμάχιστο*, id est, luctabatur quasi palæstrita in palæstra. Secundò, Aquila et Symmachus vertunt *ἐμάχιστο*, id est, versabat, et iactabat se cum illo, ut luctantes sese invicem iactare et contorquere solent, dum unus alium detinet, et alium ab eo expedire et aufugere contendit. Unde patet hanc luctam veram fuisse, et propriè dictam. Pari modo græcum *μάχη*, id est, lucta, *ἀπὸ τοῦ μάχης*, id est, a luto, quo se contorquendo conspergit luctantes, deductum putant; licet Plutarch. à *μάχη*, id est, iterum; alii à *μάχιστος*, id est, plote et insidiis dejicere; alii à *ἐμάχιστος*, id est, appropinquare; *ἀπὸ τοῦ ἐμάχιστος*, id est, a conjunctis simul quatuor digitis, deductum velint. Tertio, propriè Hebraicum *ieabec*, significat *pulverizabatur*, hoc est, in pulverem et arenam descendebat, uti vertit Vatablus; radix enim *abac* significat pulverem; quia luctantes crebro pedum pulsu, et agitatione celeri ac vehemènti pulverem excitant, sicut apud Virgil. taurus ille, *pedibus qui spargit arenam*. Addit Martinus Roa lib. 6 Singul. cap. ult., in verbo *pulverizandi*, alludi ad morem palæstræ Grecorum et Romanorum, in quâ luctantes se invicem pulvere aspergebant, ut facilius et firmius invicem prehensos tenerent.

Quartò, alii *ieabec*, vertunt, luctabatur intorquendo se, conandoque adversarium vi dejicere et evertire, ut sit metaphora à vento; sicut enim ventus validus pulverem, imò et homines intorquet et evertit; ita et facere nituntur collectatores; nam radix *abac*, significat pulverem, qui vento excitatus vehementer intorquetur, agitur et dissipatur. Sed hæc metaphora remotior est, et longius petita; *abac*, enim quemvis pulverem absolutè et simpliciter significat. Hinc alludit Sapient. c. 10, ubi agens de Jacobo sic ait: *Certamen forte dedit illi, ut vinceret; græcè est ἐμάχιστος*, q. d.: Deus proposuit Jacobo durum certamen: et simul certaminis præmia et bravia, dum cum obijcit avaritiæ Laban, iræ Esau, aliosque hostibus, et maximè dum

obijcit ei angelum, quicum luctans et vincens, vocatus est Israel, id est, dominans Deo.

Nota *è usque mane*. Docet enim hic suo exemplo Jacob, noctem non totam somno dare; sed partem orationi. Meritò enim queritur Clemens Alexand. lib. 2 Pædag. c. 9, somnum velut publicanum dimidium vitæ nobiscum dividere. Quocirca Jerem. Thren. 2, v. 19: *Consurge, ait, nocte, et effunde sicut aquam cor tuum in conspectu Domini. Noctu enim, ait S. Chrysost., purior anima leviorque sublimia videt, astrorum choreas, profundam silentium, etc. Silentium autem, et solitudo, ait Nazianz. orat. 2, mater est divine ascensionis, id est, orationis, Deum ex homine faciens; quam paulò post vocat suam arcem, ad quam persecutionibus vel tentationibus vexatus, se recipere solent.*

Mysticè S. Ambros. lib. 2 de Jacob, cap. 6: *Quid est, ait, luctari cum Deo, nisi virtutis suscipere certamen, et cum superiore congressi, potiorisque cæteris Dei imitatore fieri? Et quia insuperabilis erat fides ejus atque devotio, secreta ei mysteria Domini revelabat.*

VERS. 25. — QUI (vir, puta angelus) CUM VIDERET QUOD EUM (Jacobum) SUPERARE NON POSSET. Hinc videtur, quòd, cum Jacob persisteret in lucta, Deus concursum suum, ac consequenter vires resistendi subtraxerit angelo, ut à Jacobo teneretur et vinceretur.

TETIGIT. Hebraicè *tiqga*, id est, percussit, læsit, luxavit.

NERVUM FEMORIS. Hebraicè est *capb*, quod significat vertebram, sive cotylen, id est, ossis cavitatem, in quâ absconditur summa pars femoris, quod Græcis *ischium* dicitur. Rursum *capb* significat caput illud femoris rotandum et incurvum, quod in *ischium* inseritur; et ita hic sumitur. Ipsum enim os femoris quod in cotylen, sive in *ischium* inseritur, hic loco suo motum est, non autem ipsa cotyle vel *ischium*, q. d.: Ipsum femur, ipsa coxendix Jacobi luxata est, quasi scilicet angelus nervum, id est, tendinem, qui femur, sive coxendicem suæ cotylæ, sive vertebræ, puta ossi superiori connectit, dissolvit atque luxavit, ut optimè quoad sensum veritè noster interpret.

Nota. Hunc tendinem, quasi primò obvium, interiùs vehementi percussione et collisione læsit et luxavit angelus, eo modo quo luctantes solent, evadendi causâ, ubicumque et quocumque modo possunt, adversarium tangere, collidere, eique plangere inferre; idque ut sciret Jacob, hanc suam luctam cum angelo veram fuisse, seque angelum non suis, sed Dei viribus poterat, potuisset sanè et reliqua ejus membra luxare, totumque Jacobum proterere, nisi Deus impedivisset. Ita Theodoretus.

EMARCUIT. Hebraicè *teka*, id est, dissolutus, luxatus, et plus æquo extensus est, ut sit claudicant Jacob. Septuag. et noster vertunt, *emarcuit*, quia nervus suo loco motus et luxatus, quasi flaccidus, stupidus et inutilis effectus est, unde verus. ultim. dicitur obstupuisse.

VERS. 26. — DIMITTE ME; JAM ENIM ASCENDIT AURORA. Petit angelos missionem, quia illucescente die,

nolebat se in corpore assumpto clarè ostendere Jacobo, inquit Oleaster, et multò minùs famulis Jacobi, jamjam ad eum venturis, ait S. Thomas: quæ enim divina sunt et spiritalia, uti eat angelus, hæc arcana sunt, et supra hominum captum, idèoque oculos hominum fugiunt.

NON DIMITTAM TE, NISI BENEDIXERIS MIHI. Ingenti affectu et desiderio hoc dixit Jacob. Unde Osce c. 12, v. 5, ait Jacobum cum lacrymis hanc benedictionem expetiisse; idèoque eam impetravit, cum novo nomine Israel, quod ei angelus indidit.

NON DIMITTAM TE, NISI BENEDIXERIS MIHI. Josephus ait Jacobum precatum fuisse ab angelo, ut ex eo factum suum cognoscere liceret; votique ac deprecationis competent factum esse: quod sic intellige, non quasi Jacob simpliciter scire optaret quid sibi foret deinceps evenituro: sed ut ei angelus felicia precaretur, utque presentia mala, quæ ab Esau imminente metuebat, dispelleret.

VERS. 28. — NEQUAQUAM JACOB APPELLABITUR NOMEN TUUM, SED ISRAEL, q. d.: Non tantum Jacob, sed et Israel appellaberis, nam deinceps Jacob quoque appellatus est. Vide can. 17.

ISRAEL. Quæres quid significet Israel? Primò S. Hieronymus Israel exponit, quasi dicas *iescar et*, id est, rectus Dei; sed obstat quòd *iescar* scribitur per *schin* asperum, Israel verò per *sin* lenè. Secundò, S. August. l. 16 Civit. Dei c. 59, Philo, Nazianz., Ilierius, Eusebius, et Prosper, putant Israel dici, quasi *is roe et*, vir videns Deum; sed pari modo *is* scribitur per *schin*, Israel verò per *sin*. Tertio ergo et genuinè, Israel dicitur à *sara et*, id est, dominans est Deo; inde enim *sar* vocatur dominus et princeps, et *sara*, idem est, quod domina. Israel ergo idem est, quod dominans, vel qui dominabitur Deo. Potest enim *is* *שרא*, in Israel, accipi ut futurum; licet aliàs in nominibus propriis *jod* addi soleat, non ut futurum, sed ut hæmanticum. Hoc esse etymon Israel, patet ex verbis angeli; ait enim: *Vocaberis Israel, quia varita, id est, prævaluisti, et dominatus es Deo*. Ita Septuag. Theodotus, Symmachus, S. Hieron. et Aquila, qui veritè, *regnasti cum Deo*, id est, contra Deum, quia ipsi Deo dominatus es. Deum vocat angelum Deum representantem, Deique legatum. *Israel idem quod princeps cum Deo*, q. d.: *Quomodo princeps ego suus, sic et tu, qui mecum luctari potuisti, princeps vocaberis. Si autem mecum, qui Deus sum, pugnaveris potuisti, quanto magis cum hominibus, hoc est, cum Esau? quem propterea formidare non debes*, ait S. Hieron. in Tradit. Hebr.

Hæc ergo est benedictio quam Jacobo petenti dat angelus, quòd scilicet deinceps vocandus, et reipsâ futurus sit Israel, ut sciat se, qui Deum, id est, angelum Dei vicarium et nuntium tam generosè in luctâ superârât, multò magis superaturum Esau, omnesque hostes, q. d.: Ne timeas fratrem tuum Esau, ô Jacob. Nam tuis violentis precibus apud Deum, licet quasi renitentem et collectantem, obtinuisti, ut contra Esau omnesque hostes tuos sis infracto animo, insuperabi-

lis et victor. Hæc enim est benedictio hic data Jacobo, inquit S. Thomas et Cajetanus.

Nota: Putant aliqui, hic nomen Israel tantum primiti Jacobo, reipsâ verò ei imponi cap. 35, v. 10. Sed verius est illud hic ipsi, ob tam memorabilem luctam et victoriam, reipsâ imponi; renovari verò et confir-mari cap. 35, v. 10.

Nota secundò: Hæc lucta, et hoc nomen Israel, obvenit Jacobo anno actuali suæ 97; nam anno ejus 91 natus est Joseph; et postea Jacob adhuc mansit in Haran, serviens pro gregibus, per sex annos, ut ostendi cap. 50, v. 25; septimo verò anno, puta anno ætatis 97, fugiens et veniens in Chanaanem, hanc luctam peregit, et in eâ nomen Israelis accepit.

Allegor. Alcazar in Apocal. 11, notat. 1, putat hic significari luctam Esau cum Jacob, id est, Synagoga cum Ecclesiâ, puta persecutionem Judæorum in primos Christianos; hic enim cum Jacobo parente suo, in tentatione hæc fortes steterunt, idèoque victoriam reportarunt, et à Deo benedicti sunt. Ubi rectè notat Alcazar, Deum tentatis et tribulatis se propitium et familiarem exhibere, primò, in temperandis viribus, quibus Jacobum et fideles per Judæos aliosque hostes exerceat et oppugnat, in tribuendâ eidem Jacobo et fidelibus fortitudine, quâ in hæc luctâ constantes perstant.

Tropologicè, hæc lucta est oratio, in quâ cum Jacobo videmus Deum facie ad faciem, et salva fit anima nostra. Rursùm per orationem, quasi Israel dominamur Deo, et consequenter omnibus timoribus, affectibus, perturbacionibus et hostibus. Exinde femur, id est, amor proprius, fiducia suarum virium, et concupiscentia, quæ viget in femore, Dei virtute tacta decrescit, luxatur et languescit; tuncque uno claudicamus pede, alius sanus remanet; quia necesse est ut debilitato amore actuali, homo convalescat ad amorem Dei, inquit S. Gregor. homil. 14 in Ezech., et in Psalm. 6 penitent. initio.

Disce ergo, ô miles Christi, ex hoc loco à Jacobo, in quavis tentatione, tribulatione et persecutione per orationem confugere ad Deum; si enim oratione persuadeas et prævaleas Deo, prævalebis et tuis hostibus. Desique eos tibi vel amicos, vel subditos reddes; ita enim Israel, puta Jacobo. Hoc arcænum vincendi, et quidvis obtinendi consilium nòrunt et usurpant, usurpantque etiam viri sancti, Deoque conjuncti, qui in Deo faciunt virtutem. *Omnia*, inquit Paulus, *possum, in eo qui me confortat*. Deus enim omnium hominum et regum, etiam ferocissimorum, corda in sua habet manu, et ad nutum quæcumque libet, ea inflectit et immutat.

VERS. 29. — DIC MIHI QUO APPELLARIS NOMINE. Querit Jacob nomen angeli, ut per hoc eum quasi benedictorem et benefactorem suum prædicare, celebrare, et in quavis adversitate invocare possit.

CUR QUÆRIS NOMEN MEUM? Addunt aliqui, *quod est mirabile*. Unde Alcazar in Apocalypsis. 11, v. 4, putat angeli hujus nomen fuisse Mirabilis; tam ut hoc nomine innumeret, in hæc luctâ admirabile Dei consilium in



circa Ecclesie persecutiones et victorias figurari; tum ut typus esset Christi, qui vocatur Admirabilis, Isaie c. 9, v. 6. Item docent Rabbini nonnulli. Audi Fernellium medicum l. 1. de Abditis rerum causis c. 11: «Litteris proditum, inquit, accepimus, quod primi parentis custos angelus dictus sit Raziel, Abrahæ Zakiel, Isaac Raphael, Jacob Peiel (id est, Mirabilis Dei) Mosis Metration, per hos internumtus plurima illi divinitus acceperunt. Verum hæc Catalistarum sunt vel conjecturae, vel commenta. Nam hæc verba, quod est mirabile, hoc loco delenda sunt, ut ea debent Hebraea, Graeca, et Latina Romana; habentur tamen illa Judicium 15, 18, unde in hunc locum à seculo quopiam tractata videntur.

Nobis angelus indicare nomen suum Jacobo, tum ne posteris ejus illud adorarent, aut superstitiones ceterent. Fuerunt enim Judei in idololatriam et superstitionem valde proclives, tum quia angeli puri sunt spiritus et mentes, qui vocalia nulla habent nomina, tum quia hic angelus representabat Verbum incarnandum, ejus nomen ante incarnationem fuit tacitum et absconditum.

VERS. 50. — ET BENEDIXIT EI. Implicite et reipsa, vocando eum Israel, benedixit angelus Jacobo v. 28, ut dixi: hic verò explicite ei benedixit formans super eum crucem, simile signum, decussate; Benedict tibi Deus, detique tibi benedictionem Abrahæ et semini ejus promissam.

VOCAVITQUE NOMEN LOCI ILLIUS PHANUEL, Phaniel, vel, ut hebraice est, Phaniel, idem est quod facies Dei: pane enim faciem, et Deum significat. Hic postea edificata urbs, pariter dicta est Phaniel, quam Strabo gentilibus lib. 19, faciem Dei appellat. S. Chrysost. hom. 58, ex Septuag. legit, *vocavit Jacob nomen loci hujus, Speciem Dei*. Tunc enim Deus speciem hominis, postea ipsam hominis veritatem et naturam assumpsit: «Præsignans, inquit, nobis, quod humanam naturam susceperit esse.» Verum tunc quidem, quoniam initium et principia erant, in figurâ unicuique illorum apparebat; sicut per Osee, c. 12, dicit: *Ego visiones multiplicavi, et in manibus Prophetarum assimilatus sum*. Quando autem dignatus est Dominus humanam formam suscipere, non apparentem tantum carnem, sed veram induit.

DICENS: VIDI DOMINUM FACIE AD FACIEM, q. d.: Vidi Deum in specie corporeâ, mihi ab angelo representatum. Certum enim est, Jacobum hæc nocturnâ et obscurâ specie, non visisse divinam essentiam, imò nec Deum propriè, sed angelum Deum representantem in corpore assumpto. Secundò et meliùs: *Vidi Dominum facie ad faciem*, id est, cominûs cum angelo Deum representante collocatus sum et depugnâvi, manum manû, pedem pedi, latus lateri contuli et conserui. Sic enim ait Amasias rex ad Joas: *Videamus nos*, id est, bello cominûs decertemus, 4 Reg. 14, v. 8. Sic Josias vidit Pharaonem, cum in bello à Pharaone occisus est, 4 Reg. 25, 50.

ET SALVA FACTA EST ANIMA MEA: Nam, ut ait S.

Cyril. et Cajetan, vetus erat persuasio, eum qui vidisset angelum, moriturum, Unde Manue viso angelo: *Morietur*, inquit, quia vidimus Dominum, Judic. 13, 22. Hinc Jacob gratulatur sibi, se Deum vidisse, et tamen salvum esse. Secundò et planiùs S. Chrysost. et Lipom. q. d.: Hæc familiari Dei visione, benevolentia et amicitia per ejus angelum, quem vidi, et cum quo luctatus sum, liberatus sum metu fratris, omnique alio scrupulo et angore. Unde Osee c. 12, vertit: *Confortatus sum*: deinceps enim Jacob non timuit fratrem, sed animosè et fidenter ad illum perrexit.

Hinc Cassianus alique rerum spiritualium periti docent, esse indicium boni angelî, si is qui apparet, primò hominem percellat, sed mox hominem consolatur, mortificationesque mentis nebulas abstergat, corroboret, serenum hilarumque reliquat. Contrarium prorsus facit diabolus. Ita angelus apparuit Josue terribili specie, scilicet evaginatum tenens gladium, sed mox eum consolatus est et animavit dicens: *Sum princeps exercitus Domini, et nunc venio*, Josue 5, 15. Sic Gedeon viso angelo perennis fuit, putavitque sibi moriendum esse, sed mox audivit: *Pax tecum, ne timeas, non morietis*, Judic. 6, 22. Sic Daniel viso angelo anguste formæ, perennis corruit, et emarcuit; sed mox ab eodem erectus et confortatus est, Daniel. 10, v. 8 et sequent. Sic mulieres venientes ad Christi sepulcrum, videntes angelum aspectu fulguris, obstupuerunt; sed mox ab eo audierunt: *Nolite expavescere, Jesum quaeritis Nazarenam crucifixum: surrexit, non est hic*, Marci ult. v. 5.

VERS. 51. — CLAUDICABAT, ex nervitio dolore et luxatione. Gennadius in Catenâ putat Jacob deinceps claudum permansisse, et Hebraei tradunt eum à claudicatione tandem curatum esse, cum pervenit in Sichem, sive Sichar, quæ in de Salem sit dicta, id est perfecta, Gen. 53, 18, eò quod ibi perfectè incedere coepit Jacob. Verùm meliùs consuetudo Abulensis, Jacobum ab angelo tangente et percussente illicò curatum esse, antiquam postmodò perveniret ad Esau; cur enim maneret claudus et impotens, præsertim coram fratre, cui prævaliturus erat, juxta promissionem angelî?

VERS. 52. — NON COMEDIT NERVUM FILII ISRAEL. Sub nervo intellige musculum, à quo femur movetur et contrahitur. Nervus enim à multis, etiam gentilibus, comedi non solet. Ita Vatabl.

Allegoricè, nervus et caro Jacob significat carnalem sensum legis veteris, qui per luctum angelus, id est, Christi, cum Jacob, id est, Judæis, erat resoluendus et luxandus. Hinc claudicare coepit judaismus; quia una ejus pars, scilicet verus Israel, ivit sursum ad Christum, per baculum (de quo v. 10) id est, crucem, ait S. August., hæcque est benedicta à Christo; altera, quæ Christo credere noluit, ivit deorsum, gratia et gloria expers; hinc veri filii Israel non comederunt nervum literarum et intelligentiarum carnalis legis, quæ occidit. Ita S. Thomas et S. Augustinus serm. 80 de Temp.

## CAPUT XXXIII.

## CHAPITRE XXXIII.

1. Elevans autem Jacob oculos suos, vidit venientem Esau, et cum eo quadringentos viros; divisitque filios Lia et Rachel, ambarumque famularum.

2. Et posuit utramque ancillam, et liberos earam, in principio; Liam verò et filios ejus in secundo loco: Rachel autem et Joseph novissimos.

3. Et ipse progrediens adoravit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus.

4. Currens itaque Esau obviam fratri suo, amplexatus est eum; stringensque collum ejus, et osculans flevit.

5. Levatisque oculis, vidit mulieres et parvulos eorum, et ait: Quid sibi volunt isti? et si ad te pertinent? Respondit: Parvuli sunt, quos donavi mihi Deus servo tuo.

6. Et appropinquantes ancilla et filii earam, incurvati sunt.

7. Accessi quoque Lia cum pueris suis: et cum similitur adorassent, extremi Joseph et Rachel adoraverunt.

8. Dixitque Esau: Quenam sunt iste turmæ, quas obviam habui? Respondit: Ut invenirem gratiam coram domino meo.

9. At ille ait: Habeo plurima, frater mi; sint tua tibi.

10. Dixitque Jacob: Noli ita, obsecro: sed si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei: esto mihi propitius.

11. Et suscepit benedictionem quam attuli tibi, et quam donavi mihi Deus tribuens omnia. Vix, fratre compellente, suscipiens.

12. Ait: Gradiamur simul, croque socius itineris tui.

13. Dixitque Jacob: Nosti, domine mi, quòd parvulos habeam teneros, et oves et boves fetas, mecum; quas si plus in ambulando fecero laborare, moriantur unâ die cuncti greges.

14. Præcedat vestigia mea ante servum suum: et ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.

15. Respondit Esau: Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem scilicet remaneant vix tue. Non est, inquit, necesse: hoc unum tantum indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo, domine mi.

16. Reversus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.

17. Et Jacob venit in Socoth, ubi edificatâ domo et fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius, Socoth, id est, tabernacula.

18. Transiitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terrâ Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamiâ Syriæ; et habitavit juxta oppidum.

19. Emitte partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Herem patris Sichem, centum agnis.

20. Et erecto ibi altari, invocavit super illud fortissimum Deum Israel.

1. Jacob levavit ensuite les yeux, vit Esau qui s'avancant avec quatre cents hommes; et il partagea les enfants de Lia, de Rachel et des deux servantes.

2. Il mit à la tête les deux servantes avec leurs enfants, Lia et ses enfants au second rang, Rachel et Joseph au dernier.

3. Et lui, s'avancant, adora Esau, et pour lui marquer plus de respect, se prosterna sept fois en terre, jusqu'à ce que son frère fût proche de lui.

4. Alors Esau, dont Dieu avait changé le cœur, courut au-devant de son frère, l'embrassa, le serra étroitement et le baisa, en versant des larmes de joie et de tendresse.

5. Et ayant levé les yeux, il vit les femmes et leurs enfants; et il dit à Jacob: Qui sont ceux-là? sont-ils à vous? Jacob lui répondit: Ce sont les petits enfants que Dieu a donnés à votre serviteur.

6. Et les servantes s'approchant avec leurs enfants, le saluèrent profondément.

7. Lia s'approcha ensuite avec ses enfants, et l'ayant aussi adoré, Joseph et Rachel l'adorèrent les derniers.

8. Alors Esau lui dit: Quelles sont ces troupes que j'ai rencontrées? Jacob lui répondit: Ce sont celles que j'ai destinées pour vous les présenter afin de trouver grâce devant mon seigneur.

9. Esau lui répondit: J'ai des biens en abondance, mon frère; gardez pour vous ce qui est à vous.

10. Jacob ajouta: N'en usez pas ainsi, je vous prie; mais, si j'ai trouvé grâce devant vous, recevez de ma main ce petit présent: vous rendrez parfaite la joie que j'ai eue et ce jour; car j'ai vu aujourd'hui votre visage, comme si je voyais le visage de Dieu; j'ai été ravi de vous voir plein de douceur et de bonté pour moi; soyez donc favorable encore en ce point.

11. Et recevez ce présent que je vous ai offert, et que j'ai reçu de Dieu, qui donne toutes choses. Esau, après ces instances de son frère, reçut avec peine ce qu'il lui donnait.

12. Et il lui dit: Allons ensemble, et je vous accompagnerai dans votre chemin.

13. Jacob lui répondit: Vous savez, mon seigneur, que j'ai avec moi des enfants fort petits, et des brebis et des vaches pleines; que si je les laisse, en les faisant marcher trop vite, tous mes troupeaux mourront en un même jour.

14. Que mon seigneur marche donc devant son serviteur, et je le suivrai tout doucement, selon que je verrai que mes petits le pourront faire, jusqu'à ce que j'arrive chez mon seigneur en Seir.

15. Esau lui dit: Je vous prie qu'il demeure au moins quelques-uns des gens que j'ai avec moi pour vous accompagner dans votre chemin. Jacob lui répondit: Cela n'est pas nécessaire; je n'ai besoin, mon seigneur, que d'une seule chose, qui est de trouver grâce devant vous.

16. Esau s'en retourna donc le même jour en Seir par le même chemin qu'il était venu.

17. Et Jacob, au lieu d'aller en Seir, comme il l'avait promis à son frère Esau, vint à Socoth, où ayant bâti une maison pour lui, et dressé ses tentes pour ses troupeaux, il appela ce lieu-là Socoth, qui veut dire les tentes.

18. Il passa ensuite jusqu'à Salem, qui est une ville des Sichimites dans le pays de Chanaan, et il demeura près de cette ville depuis son retour de Mesopotamie qui est en Syrie.

19. Il acheta une partie du champ dans lequel il avait dressé ses tentes, et en paya cent agneaux aux enfants d'Hémor, père de Sichem.

20. Et ayant dressé là un autel, il invoqua le Dieu très-fort, le Dieu d'Israël.